



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

JONÆ SLICHTINGII

N O T A E

I N

HUGONIS GROTII

VOTUM PRO PACE.



I R E N O P O L I.

Anno M D C L X X X V .

JONÆ SLI

N O

I

HUGONI

VOTUM]



JONÆ SLICHTINGII

N O T A E

I N

HUGONIS GROTII

VOTUM PRO PACE.



I R E N O P O L I.

Anno MDCLXXXV.

Digitized by Google

JONÆ SLI

N O

I

HUGONI

VOTUM]



JONÆ SLICHTINGII

N O T Æ

I N

HUGONIS GROTII

VOTUM PRO PACE.



I R E N O P O L I.

Anno M D C L X X X V .

JONÆ SLIC

N O

I

HUGONI

VOTUM I



JONÆ SLICHTINGII

N O T Æ

I N

HUGONIS GROTII

VOTUM PRO PACE.



I R E N O P O L I.

Anno M D C L X X X V .

Lectori Veritatis pacificæ Studioſo

Aegidius!



Um pax optima rerum & ubique, in primis autem in Domo Dei Pacis, quæ Christi est Filii ejus Ecclesia & Firmamentum Veritatis, cœnatur expetenda; cumque non nisi facientibus pacem pace seri fructum Justitiae, Sacrae Literæ stentur; prodierunt Lector Pacificæ Veritatis Studioſe, & meritò quidem tantis coenodis excitati, nostro præsertim seculo, totenī Scriptores, ut omnes ferè angulos ecclœsiæ, Voce Caduceatorum, pacem & concordiam clamantium, resonare audias. At tamen sequè ubertim Justitiae fructus colligetur, atque istorum clamor sive clangor auditur Tibicinum, quamquam nec hujus est socii nec mei nunc instituti, ut multis perseuar, quas ob causas tam sacer conatus, tot reclarorum virorum labor, incassum ferè bierit. Quām enim transferris ad Tractatus acis accedatur semitis, quām negotium hoc aggredientes in ipso concordia offendant huius; quām alii aliis pro pace bellam indident; quām non eam quæ à Christo, sed à mundo datur, pacem plures querant; quām erum suarum plerique satagant; quām securitati privatæ, non bono publico plurimi consulant; quām vanam hujus seculi gloriam alii ambiant; alii apud suos gratiam, etiam vul-

gi auram ex pacificatione captent; alii vulgaris opiniones, pro Catholicâ veritate venditent & obtrudant; alii sectæ suæ placita omnibus persuadere anhelent; alii viam pacis per saltus ingrediantur; alii præposterâ methodo progredi ament; antiquitatem ostentent alii non Apostolicam; Ecclesiam omnes & singuli jaotent, ut non tam Veritatis pacificæ cultores, quam Sectatores habeant, id aliis dicendum, præterquam dictum est, relinquo. Nec hoc ipsum mihi sumo, ut aliquid antè me non dictum vel observatum (quod vix Salomon audet) hic proferam; sed calculum duntaxat animus mihi est addere iis, qui rectius de ineundâ pace sentiunt, idque cum sint rarissimi, ut plures in viâ pacis nanciscantur Comites, quandoquidem plurimi ex rapitu, ut ita dicam, sub signis vivere amant; multi pacem colunt iniquam, genuinam hostilitatis causam ignorant multi, & quæ huic incendio aqua afferenda, quæ sint subtrahenda fo menta, non probè dijudicant. Missis itaque iis qui pacem aut non serio, aut non primario, nec propter ipsam querunt, Tibi tantum, Lector verè pacifice, cuique similibus loquer, quibus non alia, quam pax verè Christiana cordi atque curæ est, qui præter Dei

pacem se obtinuisse perfectam, obtento ac perfectionis vinculo. Quod ut verum res tamen nondum est salva. Siquidem aritate seu pietate, expressè sub amissione s imperatā, nulla inter Christianos, i maximè ejus defectu laborantes, certia, nulla dubitatio, imò mirus est cons, adeò ut mirari subeat, & reverà uls inquirere sit neceſſe, cur in tam coni & catholicō consensu de vitæ pietate, haritatis necessitate ac præstantiâ, Orbis Christianus ad eundem scopum collimans, in diversum abeat, licet circa potissimum vi- ir convenire medium? Alia ergo & altior iorum indaganda est origo, quò aliud que & adæquatius componendæ liti inve- ir adhibeturque remedium. Pacem enim- antes parum promovent, imo frustra sunt stem moreant, ut induat pacis arma ar- nimicitiae depositis, & non potius rationes, us inductus, non injuriâ se irasci aut bel- gerere autumat, tanquam tela manibus extorqueant. Rectè itaque nobis inter- ; judicare videntur, qui Fontem sacro- dissidiorum, non quærunt circa articu- de pierate & charitatē, sed circa oreden- im veritatem ac necessitatem, sive, undē im primariò ducit, ad radices montis i, quæ ipsa, charitatē per quam ope- r, generare apta nata est. Quamquam em inficias non eamus, mundanas con- iscentias & carnis cupiditates, haud po- mam, imò si non primam aut unam, cer-

PROLEGOMENA.

tè genuinam ac potissimum plerisque , dissidii
odiique existere causam , fidem verò sive ve-
ritatem religionis Christianæ , non nisi præ-
textum esse , iusta ut volunt aversionis , &
ab ipso Christo ejusque Apostolis commen-
datæ separationis ; Attamen , cum utrumque
dissideri soleant hujus rei criminis , nil nisi
admoneri , contumaciæ convinci , convicti ,
nisi resipiscant , divino iudicio relinquiri , non
ad pacis Ecclesiasticæ consilia vocari possunt
& debent . Proindeque non est quod de illis
nunc agamus , nam quibus invisa sunt pacis
ac propriæ salutis media , horum conversio-
nis seu admonitionis telam , sive à pietate sive
à veritate ordiaris , utramque aversantur &
abrumunt . Jam verò , ut fontem istum
dissidii , circa fidem deprehendamus , cum ne
quidem de salvificâ veritate in se consideratâ ,
hæc enim est verè Catholica , pro captu
cujusque compendiosissima , quam proinde
omnes in Christum tenent credentes , tene-
buntque in æternum . controversia sit ulla
inter Christianos , necesse profectò est , om-
nia dissidia ex dogmatis humanis , adventi-
tiis , veritati divinæ appositis , seu à verbo Dei
alienis , oriri ac nasci , ita ut tam Pacifica-
toribus , quam Reformatoribus Christiani or-

periculum non sit, eam unquam interitum. Erronea ergo & ab hominibus inventa omnia sunt quæ turbant orbem, scindunt Ecclesiam, & agunt in transversum animos Christianorum. Hæc tolle & eris nobis non contemnendus in hac palestrâ Palæmon, sed verò magnus Apollo. Impossibile id esse, nrum abest, ut etiam facile videatur, si oddo duo supponantur, quibus sine frustram, unum verò amoveatur, quo stante, magno labore nihil agimus. Primum quod ipponimus, æquum postulatum, in professo Christi nimirum discipulo, est vacuus ambione & avaritiâ, Veritatis autem divine erè ac merè studiosus animus; qui, si cui est, cum eo de pace & Veritate verba facere nemini facile autor sim, nisi forte tenuandi animi ergo, num prorsus sit incurabilis nec ne, cùm non solum Dei, sed & coris humani abstrusa sint consilia. Idque tanisper donec forex, si qui latet, se ipsum tradat. Alias non desunt quibus piè creditur ietas non minus quam veritas esse cordi, ut etiam nisi quid (ipsorum judicio) obstat reconciliationi seu unioni, pacem cum aliis, ut ut dissidentibus, colere Ecclesiasticam non dubitarent; horum igitur ratio & cura habenda est maximè, ceu filiorum instrumentorumque pacis, præsertim si emineant in Ecclesia, aliorum Duces ac Veritatis Evangelicæ constituti Praecones. Supponitur secundò, animus S. Scripturâ contentus. Nisi enim Dei ipsius spiramimi atque characteri

quis acquiescat , cuius , quæso , autoritate
vel stabit , vel movebitur ? Cum iis . (Chri-
stianos nomine intelligo) qui fidem illi de-
rogant , ceu deploratæ nequitiaæ mortalibus ,
prorsus nobis non est negotium . Qui im-
perfectionis , aut obscuritatis S. Literas insi-
mulant , ipfi profecto lucem fugere ; tene-
bras ; quibus causam suam , meritò ei me-
tuentes , involvant , querere , jure dicendi
sunt . Pro confessio enim ac concessio sumimus .
S. Scripturam esse Verbum Dei omniæ autori-
tate majus . Quod quædam ad externum in
Ecclesiâ ordinem pertinentia non exprimat ,
neque determinet , gravissima ratione non
caret . Nullus enim certus ac immutabilis or-
do ad salutem Ecclesiæ , siyè universalem sive
particularem intelligas , requiritur , ac proin-
dè nec in salvificâ Catholicâ veritate cen-
fendus est . Ideoque quo ordine (modò pro-
ratione Gentium , Locorum ac temporum ho-
nestus sit) aliquis cœtus regi velit , visum est
Deo sapienti , arbitrio illius ac libertati Chri-
stianæ permittere , ceu rem , quæ à nemine ,
ita videlicet ut omnibus Christi fidelibus ubi-
que terrarum ad sacra convenientibus , sive
Universæ ejus Ecclesiæ , sub anathemate præ-
scribatur , definiri potest nec debet . Verita-
tie autem ac Sanctitarie quicquam anod ad-

simam voluntatem impia sit atque contumeliosa. Sola scripta Apostolorum post eorum decepsum, quæ ipsorum esse indubitate constat, infallibilem, perspicuam perfectamque Christianis credendi & vivendi Regulam esse, Catholica est Veritas ubique constans, perpetuòque ab Ecclesia recepta, adeò ut etiam moderna Romana secta, etsi tam procul ab antiquæ Veritatis trāmitre recesserit, & suā omnium maximè intersit, Regulâ divinâ carere, dum sibi ipsi norma & normatum fidei atque vite esse præsumat, in cause suæ patrocinium advocare Sacram Scripturam non dubitet, immo pro principio principii sui, sive pro fundamento fundamenti suæ Fidei ac Religionis (velit, nolit) ponere eam, in demonstrandâ scilicet autoritate suâ, quotiescumque in dubium vocatur, necesse habeat. Quamobrem, licet remotissima videatur, à Tractatu pacis non est excludenda. Veruntamen, quamvis in hoc communi probandi principio conveniant Christiani omnes (hodierni Pontificii, quod ore seu confessione improbant, facto & experientiâ probant) denuò in partes abeunt & dissidia sovent, idque in gratiam suorum humanitus traditorum dogmatum, experti quām malè errori ac falsis sententiis ab ipsâ, eaque solâ expressâ S. Scripturæ literâ consultum, & quam nullum sit patrocinjum. Hinc litem aliis de sensu hujus Scripturæ movere, cum de ipsâ Scripturâ nulla supersit, non erubescunt. Quod nihil est aliud, quām oberrare in

circulo, turpiter petendo principium. Quis-
quis enim de perspicuitate Scripturæ alicujus
quæstionem instituit, profectò non de mate-
riâ seu atramento, nec de externâ literarum
formâ cogitat; sed de sensu illius Scripturæ
perspicuitate solicitus est. Et nemo dixerit
unquam, Scriptorem vel Scripturam perspi-
cuam, nisi ob sensum perspicuum. Hunc si
quis obscurum dixerit, certè perspicuum
esse Scripturam eo ipso negaverit. Falli ergo
aut fallere dicendi sunt, quicunque hâc inter
Scripturam & ejus sensum distinctione hoc
in passu ludunt, & certi de S. Scripturæ per-
spicuitate, de sensu dubitant aut dubitari
volunt. Cùm itaque omnes dissidium à falsâ
Doctrinâ, seu errore, omnis error & falsa
in Ecclesiam introducta dogmata ab huma-
nâ sint autoritate, unum illud quod supra
removendum Pacificatoribus indigitavi, est
humana in divinis authoritas, quo cunque
tandem pallio tecta incedat, sive Ecclesiæ,
sive Capitis ejus Visibilis, sive Vicarii Christi
in terris, sive successionis, sive traditionis
Apostolicæ, sive Patrum, sive Doctorum,
sive Conciliorum, sive universalis consen-
sus, sive antiquitatis, sive missionis, sive
pluralitatis, sive eminentiæ ac splendoris, sive
Potestatis, sive Reformationis, &c. nomine
veniat, nil tamen, si Apostolicis literis &
authoritate destituatur, nisi humana est au-
thoritas, quæ contra Apostolicam, cùm

addere ei potis est. Authoritatem itaque humanaam authoritate Verbi Dei Scripti jamdum proscriptam, in subfidium iterum (quocunque tandem titulo) vocant omnes ii, quicunque ad exponendum vel comprobandum SS. Literarum sensum, cā aut ipsi indigent, aut alijs opus esse volunt; coque ipso Catholicæ Veritati, quoad sententiam de perspicuitate atque sufficientiâ S. Scripturæ confessæ, non minus turpiter, quam imprudenter renunciant. Aequè absurdì sunt qui ubi de intelligentiâ Verbi Divini quaestio est, intellectum humanum vel in dubium vocant, vel prorsus exclusum eunt, cō quod ratio humana, sive quod idem, Homo errori sit obnoxius, quasivero de alio, quam humano intellectu quaeritur, & ea adeò perspicua esse statuitur, ut à quovis piè & attente eam legente vel audente, quantum ad salutem necesse sit intelligi possit; aut quasi aliud in homine intelligendi principium, præter ejus Rationem & intelligendi facultatem existat, vel à Deo concessum sit; aut quasi fieri possit ut aliquis non suo proprio, sed alieno intellectu intelligat; aut quasi quæ quis non intelligit nihilominus credere queat. Ejusmodi vanæ effugia nonnisi falsa Doctrina sibi quaerit Errare quidem homo potest, sed non est necesse, nec in omnibus, nec semper, nec nisi suâ, si error culpabilis, culpâ. Si enī pon piè, seu devotè, nec attente S. Scri-

S. Scripturam quis legat, dignus est, qui eam non intelligat. Si error alicui est vincibilis, habet quod sibi imputet, si eum non vincat, si invincibilis, nulla est in homine culpa, nisi forte, quod sibi invincibile, vincere presumat, & ultrà posse obligatum se stulte vel saltem imprudenter credat. Et ut occurrant in S. Literis etiam obscuriora intellectuque difficultia; at talia non sunt ea, quae cuivis ad salutem scitu, creditu ac proinde intellectu sunt necessaria. Hæc enim profecto perspicue si non ubique saltem aliquid tradita, ac indubitate Veritatis sint oportet, nisi aut non satis, aut male ab Autore S. Literarum saluti nostræ consultum esse, aut lucem tenebras dicamus. Hinc qui ad obscura loca configiunt, cum clariora præsto & obvia sint, causæ suæ vehementer præjudicant, eamque humanæ inventionis & authoritatis suspectam reddunt. Sunt enim Divini Doctores sui ipsorum interpres & Commentatores (exceptâ Prophetiâ, imprimis Veteris Foederis, & visionibus obsignatis suo tempore revelandis) adeò, ut qui ipsis aliundè lucem lucrari præsumunt, furari eam dicendi sunt. Testimonium atque consensus plurium esset alicujus momenti, si à pluralitate hominum ad pluralitatem Rationum valeret consequentia, quod toties falsum esse scimus, quoties unum vel paucos, numero rationum multos videmus superare. Nec ipse quidem rationum numerus, sed gravitas prævalet, ut sæpe

sæpè unica ratio pondere vincat mille. Imò
verò si una ratio sit divinæ authoritatis,
quid, quæso, contra eam valeant totius
mundi rationes, testes, eorumque consen-
sus, sive antiquus sive recens? Quis porro
Iudex aut Censor ponderis sit, præter ip-
sam hominis rationem, nemo sano præditus
judicio quærerit, nemo dubitat, nisi qui sibi
ipsi non credit, aut indignum cui fides ha-
beatur, scipsum judicat. Quod alter alterius
judicio stare vel cadere sæpè nolit, ab
arbitrio hominis est, quod interdum non
possit, ab intellectu ejus est, neutrum mi-
rum est, quia quisque suo sibi judicat judi-
cio, non aliis, nec alieno; cum assensum
ab invitis extorquere aut fidem imperare,
absolutæ sic impossibilitatis. Si quæ alicuius
intellectum superant, de quibus, et si ve-
lit, judicare nequit, ea uti nec ad ipsum
spectant, sic nec intelligere, nec suo, nec
alieno judicio in talibus stare caderove
tenetur. Sunt, qui paci Ecclesiæ restituendæ sufficere putant Catholicam, quæ ubi-
que in confessio est, veritatem, mixtam
licet vulgatis &c. alioè radicatis erroribus
& placitis humanis, rati irritari ecabro-
nes & fugari pacem, si ea, quæ ipsa
consuetudine in Leges habierunt, extirpatum
seas. Quod tamen si concedi pos-
set, quatenus error ait levis aut otio-
sus, sola autem Veritas operosa, ali-
cubi esset. At cum contrarium
proh dolor! eveniat & manifestum
sit,

fit, frustra sumus in purgandâ domo Dei vi-
ventis, intactis falsarum doctrinarum quis-
quiliis; Frustra circa pacem Ecclesiasticam
& animorum occupamur concordiam, non
sublatâ litis & discordiæ caufâ. Frustra hanc
amovert coneris, non amotis falsis ac veritati
infestis doctrinis. Has frustra oppugnes, non ex-
pugnatâ humanâ, quâ omnes nituntur, autho-
ritate. (NB.) Quemadmodum enim fides &
Veritas salvifica, non speculativa sed practi-
ca est scientia; sic etiam oppositus error,
seu mendacium. Et uti Author Veritatis
Deus, sementem bonam, boni fructus ergo
fecit; sic inimicus ejus, malus Daemon, Lo-
lium, non solum ut fructum, sed & quo
Veritas opprimeretur, fructuque suo excide-
ret, interfecit. Imo verò hoc nomine Loliūm
præ tritico arridet & ad palatum est filius hu-
jus seculi, quod genio eorum fivè cupidita-
tibus sapiat & indulgeat, spe nihilominus
vitæ æternæ factâ, cùm Veritas nomis mundi
& carnis victoribus, vitæ coronam pro-
mittat. Quomodo igitur in unâ fidei mōren-
tur aut à se invicem tolerentur? Et ut ut
Veritas interdum ad errorem, fivè ad falsas
opiniones connivere, easque, si tolerabili-
les, tolerare parata sit; falsitas è contra
Veritatem, præsertim efficacem, censet sibi
semper intolerabilem, ita ut actu unâ con-
fistere nequeant. Nec obstat illud Christi;
sinite utrumque crescere usque ad messem.
Quandoquidem non eos tangit sanctum hoc
monitum, qui virtute Veritatis atque Spir-
itu

etis Divinae falsa dogmata eunt extirpatum , quâ operâ se profectò Patrifamilias non redundunt invisos sed probant famuli ; Verum illos Zelotas , qui vi injustâ homines eradicatum eunt seu enecatum (zizania enim sunt Filii seu semen Diaboli in fine demum seculi æterno igne excruiciandi & comburendi) quique dum violenter , non tantum præcipitanter agunt , non solùm triticum unâ cum lolio , sed etiam quod ipsis usitatis , vice lolii , extirpare soñent . Ne quid nunc dicam de hominis arbitrio , cuius ope seu facultate non minus lolium in triticum , quam triticum in lolium degenerare potest . Quam turpis ac truculenta imò cruenta sit ista messis , quanta deformatio non reformatio , non pax sed desolatio Ecclesie , non tranquillitas sed servitus atque cruciatus id conscientiae sit , dicere nunc , cum id abunde dictum scriptumve sit , abstineo . Sed dabit Deus his quoque finem , & reformati rationem docebit aliquando Christianos tamen Magistratus tamen Doctores . Eredit nos in spem hanc letissimam inter alia , serenissimus , Reformatorum Princeps , qui laudabili sanè & omnibus aliis imitandâ moderatione , decreto promulgare non dubitat ut in ditinibus sibi subjectis *Divina doctrina divinis proponatur verbis* . Utinam plures ejusmodi ex Germania nuncii jucundissimâ nos voluptate perfonderent , pergerentque Doctores Christiani in timore Domini despiceret quâ ratione non sequitur populus iussa exequi , quam Prin-

Princeps edicere possit. Nimirum dicimus iterum, fonte non obturato rem in vado esse non posse. Liceat enim negandum non sit ipsa verba humana imperfecta & impercepta, multis in causa fuisse, ut doctrinas ex illis inauditas & contradictorias conciperent, ac proinde illis omissis, non paucas fortè doctrinas etiam omitti posse. Attamen non humanis vocabulis, humana dogmata primam debent originem, sed dogmata sunt primùm in cerebro nata, postea nomina iis imposita; atque ideo, quamdiu ejusmodi dogmatum Auctòribus & genitoribus nuncium non remittit Christiana Respublica, tamdiu eorum foetus iis quæ amant nominibus compellare non desinet, nam quisquis genitorem amat etiam ex eo natum amat; ac proinde, potius tot jam seculis tot deeretis & usu quotidiano confirmata retinebit vocabula, quam his relictis ad nova se accinget excogitanda; prout jam evenisse testatur experientia. Nihil enim canones isti, quibus antè complures annos cavebatur ne humana Vocabula in Theologiam introducerentur, profuerunt; propterea quod ipsa antiquitas horum verborum mater in magna fuerit veneratione. Sed quid ait Scriptura? Ejice ancillam, (sequetur illam Filius) quoniam non ancillæ nati sumus sed liberæ; & non habebis, cur nomina & vocabula sive matris sive Filii, retineas. Verumtamen ne formalistas dicat nos aliquis fastidiosos, qui mentem aliorum non intelligamus & sine ratione nunc de Republica desperemus Christianâ; cum eo ipso quod verbis divinis divina.

divina proponatur doctrina ; existimatione jam cadere putanda sint omnia humana inventa , sive verba sive dogmata , quis enim amare dicendus est cum cuius nomen censetur abolendum ? Ergo per charitatem Dei & unicum Mediatorem Jesum Christum , obtestandi essent homines isti , dicerent nobis quid jam , quod alicujus esset momenti , sibi obstaret , quo minus pacem possent colere Christianam omnes qui terminos hos rejiciunt , quibus S. Scriptura unica est & vivendi & credendi Regula ? ut ut isto decreto , Augustanæ tantum & Reformatæ Ecclesiæ comprehendantur ? Nam ut particula-
ria quoque attingamus , S. Trinitatis quod attinet Articulum , tot hominum odio quosdam exponentem , quatenus iste ad salutem creditur esse necessarius , eatenus de ipso , Dei propriis loquamur verbis . Loquamur de Deo Patre , Filio & Spiritu S. quemadmodum ipsi de se loquuntur , quum de Deo non nisi cum Deo loqui fas sit , & removeantur non tantum in cerebro alterius (ut vult edictum hoc pacificum) natæ consequentiæ aut reconditi sensus ; sed etiam symbola illa à diversis hominibus extra Scripturam S. composita . quod obtinere æquissimum est apud eos qui contra veteres traditiones claram & unicam Scripturam urgent . Sic res benè se habebunt . Illi qui consciï sunt sibi suas doctrinas & articulos expresso , uti debent , niti Dei verbo , plenâ hic subscribent cerâ ; illud verò , quod prætexunt nonnulli , quasi sub verbis S. Scripturæ facilius latere possint Hæretici quam Terminis in posteriori Ecclesiâ

B natis,

natis, dubio procul rejicient, tanquam fraudis instrumentum, quo Christianis humana inventa, loco Divinæ Veritatis obtrudi possent. Non enim absque impietate dici & credi potest, Spiritus S. verba quæ Apostolis dictavit minus quam aliorum hominum idonea esse protrahendis in lucem Haereticis. Id ipsum est, quod per centrum & quod excurrit, annos, in hunc usque diem à quibusdam flagitatur, & cui adeò convenit, cum edicto Optimi Principis. Quo autem ista generalia applicarentur singularibus, instituendum esset colloquium & examen, num tales termini, phrases & symbola aut confessiones, ita sint ex S. Scriptura desumptæ uti sunt vulgo receptæ. Hoc sane factu est facillimum. Nec acumen aut molestam requirit operam, Confessionum & Terminorum in symbolis uictatorum, cum verbis Scripturæ collatio. Quod ad justificationem, convenimus in eo omnes ex gratiâ nos justificari & salvos fieri, & tamen qui salvus esse velit, eum credere & piè vivere debere. An verò bona opera causa sint meritoria, an sine quâ non, an signum, an consequens, an fructus sint fidei, an Christi mors & obedientia meritum stricte sit vel latè dictum, id sane tanti non est ut in templis pro cathedrâ, tanquam dissidii materia, excutiatur. cum si quid ex ipsis ad salutem creditu sit necessarium, clarè in Scripturâ proponi, & nemo negare supponatur. Usum Cœnæ Domini, quo nunc Christiani quam maximè inter se distinguuntur, cum tamen præcipuum vinculum Symbolumque charitatis & unionis esse deberet, institutum esse

ad

ad eommemorationem & mortis Salvatoris nostri aannunciationsem, tota confectur Christianitas; & in hac quidem cum Reformatis paria hic faciunt in studio nomine testi, Socimiani. Quanquam autem usus iste prodeste possit, num nobis remissionem peccatorum vitamque eternam promovereatur, ostene an vero fide manducemus, hoc relinquatur uniuscujusque fidei ac conscientiae. Pædobaptismus credo, in tali causa, non imponeretur quibus in usu non est, cum antiquitatis peritos minimè laceat, illum non Christi vel Apostolicæ esse institutionis, sed subsequentis Ecclesiæ. Quanquam nec hanc, pacis causa, ubi jam invaluit, abrogant illi. Sed ubi baptismus adulorum receptus, eō relieto alios velle redire ad Pædobaptismum, esset, propter studium pacis, humanos ritus & Ecclesiæ ordinationes Christi expresso preferre instituto. Tamen nec hic decidere volo, quo usque se illi amore pacis submittent. Capitali resurrectionis mortuorum articulo, ut potè fundamento spei nostræ, firmiter omnes insistimus Christiani. Impios si quis resurgere in dubium vocare sustinuit, non deberet id (secondum Serenissimi edictum) toci alicui Ecclesiæ, tanquam esset ejus doctrina, imputari, præsertim si illa, mortuorum cum justiorum tñm in iustorum post hanc vitam resurrectionem expectare sese profiteatur publicè. Quomodo vero resurgent vel quasi corpore venient, id iterum aut expressis Apostoli verbis, ad hanc respondentis questionem explicemus, aut cuiusque relinquimus fidei, tanquam rem quæ

citra salutis dispendium , hoc vel illo modo credi potest. Si sic circa omnia alicujus momenti dogmata , intra hæc generalia aut intra Scripturæ sepimentum confistimus , ne in articulo- rum fidei explicatione necesse sit vani cerebri subtile illas Metaphysicas consecutari consequentias , pacem istam Ecclesiæ certò certius sumus promoturi. Et ut quod res est , dicam , (nihil tamen alicui præscriptum volo) ubi ad tale examen deventum fuerit , non recurrat Protestans Christianus in pangendis fidei articulis ad antiquitates & Concilia , non ex Calvino , Luthero aut Zwinglio , &c. aut Synodo aliqua aut Doctorum suorum explicationibus petat credendi normam ; non recurrat etiam ad antiquitatem alter , non contradictionum flores ex Patribus colligat , neque inquirat num secum ipsi dissident , quando & à quibus concilia habita fuerint . (quod facere tantisper cogitur , donec alter cogit antiquitatem) abjiciat si quos habet Socini & Crelli & omnium hominum Commentarios & disputationes , nec pro suis agnoscat. Conveniant quasi modo geniti , ratione tamen jam prædicti homines , qui nesciant stare à partibus suis tot seculorum Doctores , tot regna , tot provincias & Principes , tot splendorès & adjumenta humana , tot injurias , tot exilia , tot leges contra se promulgatas , tot damnationes , tot excommunicationes. Imò conveniant tanquam ignoti , nunquam fibi antea visi homines , quorum neuter sciat , quid alter ex Scripturâ de Deo Patre , Filio & Spiritu S. didi-

didicerit, qui hoc unicum sciano & teneant firmiter, Scripturam esse solam quâ stare debeat uterque. Sic venite in timore Domini in amore pacis καὶ αλεξιθύμων. ex Scriptura quærentes & respondentes. Justa petuntur & conceduntur. Plura in limine sua Philosophiae abjiciunt Cartesiani ut se præjudiciis liberare possint. Miteant pauciora Christiani pacem facturi Christianam, habebunt peracto Colloquio omnia quæ se posuerant, exceptis ut aliis incommodis, sic mortuis, ut plurimum, Doctoribus eorumque viventibus adhuc Commentariis, habebunt horum loco pacem in Ecclesiâ cum fratribus suis etiam abjectis, paucis quidem iis numero, quoad apertam & publicam Confessionem, sed multis invisibilibus; quos tali demum ratione ex latibulis in lucem protrahent, delitescunt enim sub Terminis ab Ecclesiâ inventis, non sub claris Scripturæ verbis. Nec verò pudore suffundi opus erit in retractandis condemnationibus Synodorum aut Conciliorum, cum res non sit futura cum iis qui condemnati sunt. Quis enim tum condemnaret vel condemnaretur propter ipsa Scripturæ verba, non mutilata, non detorta? Sed hic quærendum cum Apostolo, quis ad hanc idoneus? Qui pacis ædificatio manus admovere deberent, videntur ex lite vivere. Dices esse quosdam plane intolerabiles & tam remotos ab aliis ut vix dicendi sint Christiani, cum sint Sociniani. At illi nihil aliud se sci-
re velle ad salutem protestantur præter quod dicit Scriptura, quâ totâ illorum constat confessio.

Adèò ut jure mitari possis ex quo Rabbino Auctor Historiae Criticæ V. Tu dicceris, illorum Religionem subtilitatibus quibusdam &c ingeniosis tantum riti ratiociniis. Sic judicans qui alienis vident oculis, ne quid dicam peius. Non responsum est culpam debent subtilem, sed importunæ objectiones. Tolle quæstiones subtilem Metaphysicas. Placat & non habebit quod subtiliter respondeat Slichtingius, cuius confessio non nisi verba sunt Scripturae descriptæ. Dices, eos aversos esse à constitutâ pacœ & dissentientes omnes repudiare a scilicet illis, quod ad tolerantiam verè Christianam hæc tenus devenerunt non sit, nunquam penes se fuisse culpan probabunt. Non nunc denum pacem in quaerant postquam humanæ excidere tranquillitatæ, quæ siverunt eam etiam, cum rebus integris nullius secundum carnem indigerent Protectoris, nulli occasione, nulli impensis, nulli molestiæ parcentes. Invitabant toties ad Christianam societatem, non florentes tantum in Christiano orbe sectas, sed eos quoque à quibus sibi nullam secundum carnem, accessionem sperare poterant, ab usu gladii & vita hojus similibus praefidis nimisq; quam abhorrentibus, ut (præterito seculo) Mennonitas Gedanenses aut Moravos Fratres. Non repulsam passi statim destituerunt, non simpliciter scriptis publicis propensionem & affectum erga omnes testati, sed literis charitate plenis multoties compellando, sed per primarios Ecclesiæ suæ viros sæpius adeundo, & quidem ad eorum dogmata toleranda, & omnia quaque suscipienda, quæ salvâ conscientia

tiâ

ciā illo modo Christianus infirmi fratris causā
potest, sese submitendo. Sed indignum in mo-
dum se rejectos esse queruntur. Qui eos per
conscientiam & Sacram Scripturam excludere
non posserunt, sciant quam grati sint aliis eo
nomine. Tanto hujus pacis flagrabant desiderio,
ut etiam praeceps Nobilitatis Viri ditissimi,
dum om̄igenā adhuc fruerentur libertate, non
quadrigis vechi, non lecticis sed propriis pedi-
bus in Moraviam ex Poloniā delati, ut humili-
tarecū professis Fratribus Moraviensibus nullo
esset officidulo, eos ad pacem invitarent
Christianam. Alumni & Ablegati eorum non
debitabant ad mensam Domini apud eos acce-
dere, qui duntaxat se suosque non condemnare,
publicè professi erant, licet arctiorem cum suā
Ecclesiā recessitudinem habere noluerint, &
simile quid in suo cōetu facere forte non suffi-
nerent. Imò fatentur illi nescire se num hoc
tempore Reformationis, ulla reperiri possit
secta, quæ tanto conatu & studio paci Eccle-
siasticæ operam doderit, eam simul & tam li-
beraliter & tam submissè & tam sēpè & omni-
bus sectis & unicuique postea separatim obtu-
lerit. Placent illi moderata & pacifica confilia,
placent qui eam magno molimine promovent,
& quæ sint optima eam faciendi media disqui-
runt. Sunt autem in viâ ad pacem Ecclesiasti-
cam Manuductores, duo inter alios celeberrimi
Viri, pacis & concordiae Religiosæ studiosissi-
mi, alter Eximus Hugo Grotius, alter Jonas
Slichtingius Eques Polonus, uterque ob con-
scientiam Patriâ exul, ut ut ille ab infamia li-
beratus,

Adetò ut iure miseri possis ex quo Rabbino
 Auctor Historia Critice V. T. didicerit, illo-
 rum Religionem subtilitatibus quibusdam &c.
 ingeniosis tantum niti ratiocinii. Sic judicant
 qui alienis vident oculis, ne quid dicam peius.
 Non responsiones culpae de bene subtile, sed
 importunæ objectiones. Tolle questiones sub-
 tiles Metaphysicas Placari & non habebit quod
 subtiliter respondeat Slichtingius, cuius con-
 fessio non nisi verba sunt Scripturæ descriptæ.
 Dices, eos aversos esse à constituta pace &
 dissentientes omnes repudiare & at illi, quod ad
 tolerantiam verè Christianam hactenus deven-
 turi non sit, nunquam penes se fuisse culpam
 probabunt. Non nunc derium pacem querunt
 postquam humanæ extidere tranquillitate, qua-
 siiverunt eam etiam, cum rebus integris nullius
 secundum carnem indigerent Protectoris,
 nulli occasioi, nullis impensis, nulli molestiae
 parcentes. Invitabant toties ad Christianam so-
 cietatem, non florentes tantum in Christiano
 orbe sectas, sed eos quoque à quibus sibi nullam
 secundum carnem, accessionem sperare por-
 rant, ab usu gladii & vita hojus similibus pra-
 fidius nimium quam abhorrentibus, ut (præte-
 rito seculo) Methuonitas Gedanenses aut Mora-
 vos Bratus. Non repulsam passi statim desti-
 rupt, non simpliciter scriptis publicis propo-
 sitionem & affectum erga omnes testati, sed liter-
 ris charitate plenis multoties compellando, sed
 per priuarios Ecclesiæ suæ viros saepius adeun-
 do. & quidecum ad eorum dogmata toleranda, &
 omnia quæque fiscipienda, quæ salvâ conscienc-
 tiâ

ciā illo modo Christianus infirmi fratris causā
potest, scīe submittendo. Sed indignum in mo-
dum se rejectos esse queruntur. Qui eos per
conscientiam & Sacram Scripturam excludere
non posserunt, sciunt quām grati sīnt aliis eo
nominā. Tanto hūjus pacis flagrabant desiderio,
ut etiam præcipuas Nobilitatis Viri dīfissimi,
dūm om̄nigenā adhuc fruerentur libertate, non
quadrigis vēcti, non lecticis sed propriis pedi-
bus in Moraviā ex Poloniā delati, ut humili-
tarem̄ profētis Fratribus Moraviensibus nullo
esse offēndiculo, eos ad pacem invitarent
Christianam. Alumni & Ablegati eorum non
dubitabant ad mensam Domini apud eos acce-
dere, qui dūtaxat se suosque non condemnare,
publicè professi erant, licet arctiorem cum suā
Ecclesiā necessitudinem habere noluerint, &
simile quid in suo cōetu facere fortē non suffi-
nerent. Imò fatentur illi nescire se num hoc
tempore Reformationis, ulla reperiri possit
secta; quæ tanto conatu & studio paci Eccle-
siasticæ operam doderit, eam simūl & tam li-
beraliter & tam submissè & tam sēpè & omni-
bus scotis & unicuique postea separatim obtu-
lerit. Placent illi moderata & pacifica confilia,
placent qui eam magno molimine promovent,
& quæ sint optima eam faciendi media disqui-
runt. Sunt autem in viā ad pacem Ecclesiasti-
cam Manuductores, duo inter alios celeberrimi
Viti, pacis & concordiae Religiosæ studiōfissi-
mi, alter Eximus Hugo Grotius, alter Jonas
Slichtingius Eques Polonus, uterque ob con-
scientiam Patriā exul, utat ille ab infamia li-
beratus,

beratus, hic ad exitum usque vitæ eâ pressus fidem Deo ac Patriæ servavit. Quantus, quamque divinarum rerum cognitione illustris uterque fuerit, scripta eorum in lucem edita, imprimis Commentarii in S. Literas, testantur. Cordi fuit utriusque doctrina secundum pietatem, Veritas nempe Divina. Fuit non minori curæ pax & concordia Christiana, quam, et si sententiâ paulò dispares, tantâ cum moderatio- ne animi ambo ambierunt, ut dubites, utrum magis de pace, quam de modestiâ inter se Viri insignes certaverint, ut decet pacis Doctores, ne, quod turpe foret, culpa redargueret ipsos. Vidisti procul dubio, Pacificæ Veritatis Studiose Lector, Irenica Grotii verè Magni, nimirum *Viam ad pacem Ecclesiasticam, Annotata in pacifici Cassandi Consultationem*, itemque *Votum pro pace.* Quæ quidem ubique prostant, & adeò nota sunt literatorum choro, ut supervacaneum iaborem & sumptum impendisse videfer, si (quod à voto quorundam non abnuoret) ea hic unà typis mandari curassem. En tibi autem in *Votum illius pro Pace*, vel magis in *Annotata ista*, Notas Nobilissimi Jonæ Slichtingii, opusculum quidem posthumum, nec ad umbilicum perductum factum, dignum tamen, qui mun- dum & quem eruditus conspiciat orbis, præser- tim hoc pacem spirante seculo, quod talibus in- digere videtur, ne obtensa plausibili pace atque Nobili concordiâ Christianâ, ab uno extremo- rum ruat in alterum. Obitus Grotii (ô utinam astrum tam illustre ac præclarum nunquam oc- cidiisset!) cum à perficiendo, tum ab edendo hoc

hoc nobili fœtu prohibuit Genitorem ejus verè Generosum, ne mortuo Leoni insultare, vel barbam vellicare videretur. Illi tamen quortim fidei ac outæ posthumæ sua ipse moribundus commendata reliquit, bono Ecclesiæ consultum judicarunt, tantillam etiam ex multis ejus lucubrationibus lucem, operâ tam subacto iudicio pollentis Viri accensam, Literatorum orbi, præprimis autem pacificæ Veritatis Studiosis, non invidere. Quod Grotius Slichtingius, finè bile, finè lite, opponere se non dubitarit, excusatione non indiget. O si Hectores ejusmodi complures congressi, de pace & charitate dimicarent, certassentque hactenus; dudum profecto de Schismate conclamatum esset, nec quisquam, eos tantosque Viros scriptis suis Irenicis nihil profecisse, conquereretur. Primum itaque quod hunc nostrum in certamen pacificum vocavit, fuit spes opimæ prædæ, & fructus non dignandi laboris, quam eo conceperat majorem, quo longius ~~de~~ ~~ad~~ ~~ad~~ ~~ad~~ abesse, proprius vero pacificæ Veritati accedere noverat Grotium, cuius, quatenus quidem eam cognitam habuit, tantus erat æstimator, ut non modo cedere ei non nesciret, sed etiam, prout candidi erat pectoris, fareri se didicisse (quod arduum Doctis) non erubesceret. Quam facilem, imo docilem, quod in Viro tam eximio mireris, se præbuerit solidiora modestè sibi monstrantibus, testes habemus familiares ipsius, ad quosdam eorum literas. Testis est Responsio Johannis Cretii ad Librum ejus, quem non dubitaverat Catholicam insignire fidem: de satis-

satisfactione Christi tam placide amanterque
 excepta, ut & gratias pro ea egerit. Testes sunt
 hujus ipsius nostri Slichtingii, Johannis Simplicii,
 tuorum dicti, *Norain cap. II. Ep. II. ad Thess.*
 cui, et si illum unum inter plures dignum esse
 cui responderetur, amicis dixerit Grotius, ce-
 dere quam respondere maluit, quamvis respon-
 dere ceteris, minus videlicet dignis, non dubi-
 taverit. Quod adeò non in sinistram interpre-
 tamur partem, ac postea mortalium queramus
 sorte, quod vivo non vixse fuerint hæ quoque
 notæ Grotio. Ut enim moderatus, sic cum esset
 non minus ingenuus, modestissimum opponen-
 tem non solum facile tulisset, sed & amicè mo-
 nitionem serenâ fronte gratoque animo ut sole-
 bat, generose excepisset Generosum Slichtin-
 gium. Iusò vero, ut erat Veritatis divinitate nou-
 solum curiosus indagator, verum etiam ama-
 tor vobationis, rix quicquam dubitationis no-
 bis restat, quin adeò blandè atque perspicuè si-
 bi exhibet, arbitrabus, quod ajunt, manibus
 complexus, in sententiam hujus solidi Annota-
 toris, si non tenus saltuum magnâ ex parte insulet.
 Alterum, quod ad notandum moverat erat,
 quod videbat Grotius, Virum tam insignem
 ac gravem nimis non unquam autoritate an-
 tiquitatis non antiquissimam moveret ut multis
 antiquitatis Studioſis abu trevit. Quanquaque
 animans Vici sapientis, studio atque cognitione
 illius missimè turgebat, quod alii plerique
 concingit. qui in admirationem antiquitatis
 abrepti, sapè stare amant humanū, ubi solā
 standum auctoritate divinā, iusò hanc ipsi post-
 ponere

ponere audent, (quâ imprudentiâ laborant omnes, quicunque Ministros Verbi Dei cù lege vocant & introducunt, ut ex mente concilio- rum id doceant & sensum ejus explicent) certe roquin non ignari, Antiquum non semper antiquius, nedum antiquissimum esse. Esto antiquissimum verissimum, ac non omne antiquum verum. Scimus ob antiquitatem dolimали, antiquum vocari serpentem, sive Draconem, qui fraude circumveniens ipsos generis humanis fa- tores, priuò peccatum iatrodixit in quodam, qui que Apostolorum xvo non desierat à sim- plicitate sermonis Christi, ut olim Evam à sim- plicitate præcepti divini, seducere incautos, etiam ~~prodigia~~ ~~et~~ ~~mirabilia~~ inter credentes. Quam- diu igitur datur aliquid in religione Christianâ, doctrinâ Patrum atque Conciliorum antiquius, ut profectò sunt scripta Apostolorum, datur utique verius. Non quod verum vero sit verius, sed quod in Christo verum non sit, quidquid antiquitate ac proinde authoritate caret Aposto- licâ. Dices, non carere hâc, concilia & Docto- res Ecclesiæ? Quid ergo prodest, aut cogit, antiquitatem antiquissimam fulcire aut firmare autoritate minus antiquâ, seu nuperiori ne dicam Novatrice, cum ne quidem Apostolis coævi Doctores, si ab illorum simplicitate re- cesserint, & perversa (saltem aliena) docue- rint, attendendi, nedum in præjudicium Doctrinæ Apostolicæ allegandi sint? Quod unum, si tam ab Irenicis scriptoribus, quam à Reformationis Autoribus, dicam, ab omnibus Gregis Christi Ductoribus probè observaretur,

pax

pax ultro absque humanis sequeretur pactis
conventis, imo præsto esset. Sensum Scripturæ
Apostolicæ de quo supra jam aliquid dictum,
in dubium iterum vocare, vel ab ipsâ Scripturâ
distinguere, Scripturamque perspicuam, sen-
sum ejus obscurum dicere, est veritati sibiique
contradicere, in circulo oberrare, inque infini-
tum procedere. Nunquam enim sic nob̄ dare-
tur ulteriori dubitationi ac distinctioni locus,
donec tandem tota Veritas & fides salutaris non
solum in Academicas quæstiones, & Pyrrhoni-
cam dubitationem; sed & in incredulitatem &
Atheismum abiret. Quid, proh Dei atque ho-
minum fidem! erit Ecclesiæ Christi, pro ser-
mone & Veritate Divinâ, obtrudere placita &
inventa humana, si hoc non sit, cum scilicet
sensus Divini sermonis ab humanâ quæritur &
sumitur autoritatem, ab eaque explicatur &
confirmatur? Quid erit causam sive originem
dissidiorum pro fundamento pacis ponere, si
hoc non sit? Autoritatem igitur humanam,
quocunque veniat nomine, repelle à rebus di-
vinis, à negotio Religionis ac fidei, & discor-
diam repulisti, pacem restituisti Ecclesiæ. Hisce
Te compellatum volui Lector, cui autoritate
& antiquitate veritas est antiquior. Tu boni
consule, fave & vale.

A. H.



JONÆ SLICHTINGII NOTE

In Hugonis Grotii Votum
pro pace Ecclesiasticâ.

Ad ARTICULUM I.

REcte observavit Vir Doctissimus, nec hypostasium nec Personarum voces, statim omnibus placuisse : & postquam voces receptae sunt, in earum tamen explicatione, non omnibus convenire. Qvorum sanè utrumque non immeritò accidit. Nam quod ad voces ipsas attinet, quid aliud sonant tres hypostases, quam tres substantias? & tres personæ, quam tres itidem easque intelligentes substantias? Ut minimè mirandum sit, & antiquiores Theologos (quod simul à Viro Doctissimo annotatum est) unam Dei hypostasin dixisse; & inter recentiores repertum, qui cum tres divinas personas agno.

agnosceret, de tribus Elohim, id est Dii
 (Hebraico nomine enuncians, qvod non
 audebat Latino) libros ediderit. Similiter
 & in vocum istarum explicatione dissidere
 necesse fuit, postquam ab earum legitimâ
 significatione recessum est. Aliis eam
 significationem qvæ nuspia est qværenti-
 bus, nempè ut persona idem sit qvod Divina
 essentia, neqve tamen multiplicatis perso-
 nis multiplicetur essentia. Aliis cum hæc
 inter se pugnare, nec ullum sensum habere
 intelligerent, hypostases vel personas divi-
 nas, nunc relationes, nunc subsistentias, ab
 ipso subsistente abstractas, nunc subsistendi
 modos, nunc non entia, nunc efficacias Dei,
 nunc proprietates, & qvidvis aliud potius,
 qvam id qvod hypostasis vel persona est,
 esse statuentibus. Nimirum postquam se-
 mel à vero discesseris, nusquam est ubi con-
 sistas. Quamvis autem cum vocibus com-
 muni usu receptis pugnandum non sit, si
 non tamcum commodo sensu accipi possint,
 sed etiam accipi permittantur; tamen re-
 bus ipsis ad qvarum significationem voces
 istæ repertæ sunt, si cœlesti & primævæ ve-
 ritati præjudicent, tanto magis reluctan-
 dum est, qvante majori sive hominum sive

temporum auctoritatē vitantur: Apostolo iteratis verbis edicente, ut si quid vel ipse, vel Angelus de cœlo annunciet, præter id quod jam annunciatum, & ab Ecclesiis receptum erat, anathema sit. Gal. I. 8. 9. Neque enim ~~aut~~ humana ulla auctoritas, Apostolicæ prædicationi opponi meretur, aut protinus pro Apostolico censeri debet, quod ab humanâ auctoritate definitum est: qvum aliis præconcepti errores, aliis corrupti mores, aliis judicii infirmitas, & speciosa errorum defensio, aliis auctoritas aliorum, aliis potentia, aliis veritatis ignorantia, aliis defendendæ inscitia, aliis privata commoda, aliis incommoda, aliis alia impedimento esse possint, ne recte judicent. Veritas divina ab ipso initio tradita, omnibus Conciliis antiquior est, Unum esse Deum, cui hoc nomen excellentissimâ proinde & absolutâ ratione competit, tanquam summo omniū Deorum Deo. Hunc esse Patrem illum, omnipotentem, cœli & terræ Creatorem; nullius filium, nullius spiritum, nullius verbum, nullius efficaciam, nullius legatum, nullius unctum, nullius servum, nec quicquam eorum, quæ cum ullo alio minorem vel inferiorem esse arguunt, Unum etiam

Dei Filium, cui similiter iste titulus excellētissimā proinde & absolutā ratione tanquam omnium Dei Filiorum longē eminentissimo conveniat. Hunc autem esse Iesum Christum ex Maria Virgine natum, verum hominem, quod humanæ suæ naturæ respectu, Dei Altissimi spiritu & virtute in utero matris suæ sit genitus, & Deo unicè dilectus, & spiritu illo sanctitatis longè præ reliquis omnibus à Patre sanctificatus, & in mundum servandi illius causâ missus, & ex morte ad sempiternam vitam resuscitatus, & ex resurrectione à mortuis, ita Dei Patris dextrā exaltatus, ut ipse à dextris Dei sedeat, omnia verò ipsius pedibus subiecta sint: ipse sit Dominus & hæres omnium factus, acceptā etiam à Patre vivos & mortuos judicandi, æternisque tūm præmiis tūm poenit afficiendi potestate. Proinde Jesus Christum Filium hominis humanæ suæ naturæ, & eorum quæ in ipsum Deus Pater divinissima contulit, respectu, Dei esse unicum Filium, Deiverbum, Dominum & Regem nostrum cœlestem; & consequenter illud omne quod de illo divinum in scripturis Sacris asseritur: eundemque propterea vinis honoribus, ad summam Dei Patris glo-

gloriam, maximo cum humani generis solatio, afficiendum esse. Unum etiam esse Spiritum S. à Deo Patre procedentem, & Jesu Christo datum, quem à Patre acceptū in suos effundit, tanquam promissum suum, tanquam divinum afflatum & virtutem, ac cœlestē donum, ut eo injungantur, utque illis sit pro Paracletō, produce, pro magistro, pro signaculo in diem redēptionis, pro futuræ hæreditatis arrha bone, qui in cordibus eorum clamet Abba Pater, eosq; in infirmitatibus sublevet, & pro illis intercedat suspiriis inenarrabilibus. Hæc cœlestis & primæva veritas, ut Tertuliani utar verbis, immobilis & irreformabilis, nullam admittit correctionem novitatis. Hæc nullis Conciliis nullis hominum censuris subjicienda est; hæc cum spiritu illo quo Ecclesiæ corpus continetur, Spīitu veritatis congruit: ab hâc qui recedit spiritu privato & Ecclesiæ divisorè ac corruptore agitur. Hâc sublatâ, & summa Dei gloria, qui in Filium hominis tot tantaque contulit, ut per ea humanæ suæ naturæ respectu factus sit Dei Filius unigenitus: & ipsius Filii hominis vera propriaque Majestas ac divinitas: & humani generis certissima

spes ac unica æternæ salutis fiducia tollitur: vera Patris Filii & Spiritus Sancti, & unius Dei, & unius post Ueum Domini, significatio aboletur. Sinec hâc frustra pacem in Ecclesiâ speres: quum eâ damnatâ nulla futura sit Ecclesiâ: sed verissima Babylon, & non vocum tantum, sed rerum etiam earumq; maximarum summa confusio. Hanc qui asserit non Spiritus Sancti autoritatem inaniter prætendit, quod Hæretici faciunt: sed clarissimis S. Scripturæ dictis innititur, quæ in aliud sensum, nisi absurdè accipi non possunt. Cæterum hâc salutari veritate salvâ, de rebus obscuris, & nihil ad mortuorum emendationem pertinentibus, sicut litigandum non est; sic multo minus asseverandum est: nec quicquam magis ad Ecclesiâ pacem faceret, quam si, quod alteris tantum hic suadet vir Doctissimus, utrîsque; & iis qui de rebus ejusmodi litigant, & iis qui asseverando lites movent, persuaderi posset, ut tacerent, & in confessione Dei, & Filii ejus IESU Christi, & Spiritus Sancti Scripturæ Sacrae verbis velleat esse concord.

Ad ARTICULUM II.

Si quis in Theologia locus, hic certe de Adami lapsu, ante & post lapsum, documento esse potest, quantum authoritati hominum tribuendum sit. Nam ut ab illius creatione incipiam, Adamum ita fuisse conditum, ut naturæ suæ relictus moriturus fuerit, contra quam fert communis & inven-terata sententia, nimis & ex Scripturis & ex rebus ipsis apertum est: eundem tamē si non peccasset, Paradisi & arboris vitæ be-neficio moriturum non fuisse, aut si tandem mortem obiisset, ex morte ad immortalem vitam resuscitandum fuisse, Scripturis iti-dem consentaneum est. Mors enim, quam resurrectio ad vitam æternam consequitur, merito pro morte non censetur. Hioc qui in Christum credunt mortem in seculum non visuri, in seculum non morituri, ab ipso Christo dicuntur. *Ioan. VIII. h. 12. XI. 26.* Vitam porro cœlestem, quæ nobis per Christum annūciata est, sed ex terrestri illo paradiſo in cœlestem, transitum, eidem promissum fuisse, nec Scriptura dicit, nec verisimile est. Ut merito id negaverit Vir Doctissimus. Qui non minus rectè asse-ruit, justitiam & sanctitatem, ad quam per

Christum conditi sumus, justitiâ & sanctitate Adami in qua creatus fuit, longe perfectiorem esse. Quippe & secundus Adam, primo, & nova creatura, veteri, longè est sanctior: & vita cœlestis sublimiora desiderat quam terrestris. Adamum enim cum primum est conditus, divinâ quadam sapientiâ fuisse præditum, & nulli inter rationem & affectus luctæ fuisse obnoxium, error est: quem non tantum res ipsa refutat, sed etiam qui seipsum destruit. Nam si Adamus peccati sui turpitudinem, tantâ sapientiâ præditus intellexit, adeò rationi repugnantes affectus habuit, ut fructus venti pulcritudine & savitatem, & commodi illius quod speraverat amore illectus, rationis dictamen excusserit. Si vero omnirationis & affectuum certamine soproposito, regebatur in ea quæ liberent, profecto nisi cum samæ malum fuisse dicamus, non aliunde id evenire poterat, quam quod turpia à jucundis nondum satîs discerneret. Et sane quis tantopere à sapientiâ commendet hominam, qui vel Satanam in serpente loquentem non agnoscat, tantæque simplicitatis sit, ut credat serpentes hominum morbo loqui, vel si agnoscat, tam folie &

& mendaci & hosti credat ; qui que insuper
nuditatis suæ turpitudinem non intelligat ;
sed ne pluribus hic agamus , ipsæ arbores
Paradisi pro Veritate loquuntur . Nam
sicut arbor illa vitæ vel sola monere pote-
rat , naturam Adami ita fuisse comparatam ,
ut sine arboris istius præsidio vitam perpe-
tuare non posset ; sic arbor scientiæ boni &
mali , documento esse poterat , ut scirent ,
Adamo antequam de fructu istius arboris
comedisset scientiam istam defuisse . Et qui
ex voce renovationis colligunt , non aliam
quam priorem , nempe Adami qualis ab
initio fuit creatus , novitatem nobis à Chri-
sto restitutam esse ; pari argumento con-
cludant licet , nos quia per Christum resusci-
tandi dicimur , eodem & ante hanc modo
suscitatos fuisse . Adamus planè insons &
omnis peccati purus à Deo conditus est ,
cumque intelligentiam & vires accepit , ut
omnia præstare posset quæ Deus ab ipso
pro illo statu exigebat . Jam verò quod
ante lapsum non habuit , nec amittere per
lapsum potuit . Nec sane apparent , quo
pacto id , quod vulgo asseritur , amitteret .
An poenæ nomine ? Atqui hujus tantæ rei
nulla inter poenas Adamo inflictas fit men-
tio :

tio: cum tamen etiam tales memorentur,
 quæ hujus comparatione pro nihilo repu-
 tandæ forent. An quod hoc esset peccati
 illius naturale consequens? Undè verò
 peccato isti per se tanta vis, ut omnem A-
 dami naturam immutaret, ac refingeret?
 Fortassis igitur arbor illa scientiæ, de cu-
 jus fructu comedit, Adamum scientiâ sapi-
 entiæque spoliavit, nec scientiæ fuit hæc ar-
 bor, sed inscitiae? Esto autem, amiserit A-
 damus peccato suo originalem istam quam
 dicunt, sapientiam & justitiam, inciderit in
 multiplicem ignorantiam, & rationi adver-
 santem appetitum; obsecro, num iste sta-
 tus per se peccatum est? Atqui sive Deus
 ipse in ejusmodi statum Adamum conje-
 rit, non peccatum id erit, sed peccati pœna:
 sive ipsum per se peccatum Adami tantam
 vim habuerit, peccati id erit proprius &
 naturalis effectus, non novum Adami pec-
 catum. Sed fuerit hæc deformitas in Ada-
 mo peccatum, quâ tandem ratione infan-
 tes, quia simul naturam ex Adamo haufe-
 runt, peccati ob id ipsum rei, & pœnæ ob-
 noxiæ censendi sunt? Num ulla hic infan-
 tium est culpa? Profectò non magis, quam
 si ex Patre in servitutem dato, nascatur
 droles

proles conditionis servilis. Ignorantia
 est in infantibus; sed credo etiamsi Adamus
 in priori illo statu mansisset, liberos non
 protinus edidisset, rerum divinarum huma-
 narumque scientissimos. Ignorantia re-
 prehendenda est si illius causa sit in nobis;
 Necque haec omnis peccatum est: quam
 multa enim homines citra omne peccatum
 scire non capiunt: Imò sunt & talia qua
 ignorare præstat quam novisse: sed qua
 circa leges, in primis divinas carumque ob-
 servationem culpâ nostrâ committitur.
 Quæ ignorantia non naturæ, sed voluntatis
 nostræ effectus est. Affectus etiam habe-
 re insitos, nullum profecto peccatum est
 quin utiles imò necessarii virtutibus: adeo
 ut in quibusdam etiam cò quo par est ap-
 plicatis, ipsæ virtutes eæque præcipua
 consistunt. Nec si affectus reluctanter
 rationi, confessim id in vitio poni debet.
 Hæc illorum natura est: & dum reluctan-
 ti materiam præbent virtuti & pulcerrima
 victoriæ. Ipse mundi Servator, Adamus
 ille secundus, cui rectè primus (dicant
 quicquid velint) nec sapientiâ nec san-
 ctitate ullâ ex parte comparandus
 fuit, accrimo certamine, & verè u-
 dicitu-

idicitur cum sudore & sanguine, affectus de-
 vicit: & iis qui similiter vicerint, immensa
 illa victoriæ præmia pollicetur. Non
 sicut si cum ratione certent affectus, sed si
 rationem viacant, peccatum est. Hæc
 et si non tantum vera, sed etiam perspicua
 sunt; tamen adeò Theologorum animis
 peccatum illud, originale quod vocant, in-
 olevit, ut qui illud in dubium vocet, omnia
 illis simul in Christiana religione commo-
 vere videatur. Et tamen tanti faciamus
 communem consensum, & nihil ipsi ex Sa-
 cris literis & apertis rationibus audeamus,
 quin omnia non censuris tantum sed nuti-
 bus etiam subjiciamus eorum qui antecesso-
 rum suorum placita omni ope defendunt,
 ut suam ^{et} autoritatem similem in hominum
 conscientias dominatum stabiliant. Et si
 hactenus stetisset hic error: sed errandifi-
 nem non facile faciunt, qui semel errare
 coepерunt. Hinc enim ulterius progressus
 è opinionum devenerunt ut infantes im-
 meritos, & quorum innocentia similes nos
 esse vult. & Christus & Apostolus, tum
 Paulus, tum Petrus, æternis ignium crucia-
 tibus addicerent; & ad eosdem infantes,
 quod eos à tanto peccato abluerent, bapti-
 sum

sum solis credentibus destinatum, ridicu-
 le superstitiosè, & veri baptismi religio-
 ne profanatâ transferrent: denique im-
 probis factis & moribus patrocinium inde-
 quærerent, & ipsis etiam regenitis peccandi
 & in variis vitiis hærendi commeatum da-
 rent. Credibile quidem est, naturam no-
 stram multum degenerasse à sua prima ori-
 gine; sed hæc labes à multis majoribus con-
 tinuisque eorum peccatis, non ab uno Ada-
 mo unoque illius peccato ad nos deriva-
 ta est. Ad quam accedit prava educatio,
 & mores ubique corrupti, nec licentia tan-
 tum sed etiam honestate donati. Adde-
 errores perniciosos, tot seculis hominum
 animis inolitos, quos tanquam venenum
 cum lacte materno sugimus: ut si quid a-
 liud, hi certè, & inter eos hæc ipsa de pec-
 cato originali opinio, peccatum originale
 non immerito appellari possit. Verum
 tamen hæc naturæ depravatio ipsa per se,
 nisi eam consequantur prava facta, non ha-
 bet peccati rationem coram Deo, nec poe-
 næ quenquam reddit obnoxium. David in
 illa verba *Psal. LI. v. 7.* *In iniquitate conce-
 ptius sum, & in peccato concepit me mater mea,* cum
 quibus Philosophorem illud, *Innotescit ho-*
Digitized by Google
minibus

minibus peccare, planè consentit, de innata
 ad peccandum pronitate accipi debent: non quatenus peccata turpitudinem & pravitatem in se continent, cui natura nostra est inimica: sed quatenus presentem adferunt voluptatem. Ipsam autem per se voluptatem appetere, sicut naturale est, sic per se nullum habet vitium. Cum & ipsa virtus si verâ voluptate & utilitate caret, nec appetibilis nec virtus futura sit. Adamus sane peccato suo multum nocuit posteris: non quod per illud naturam corruerit, sed quod paradiſo ejecitus, & arbore viæ privatus, & ipſe mortem incurrit, & omnes posteros eidem morti subjecerit. Infantes quidem solo nascendi jure: adultos verò quatenq; & ipſi peccarunt, quamvis nō omnes pari modo quo Adamus, id est contra apertum Dei præceptum, expressa mortis comminatione sanctum, peccaverint. Donec tandem veniret secundus ille Adamus, Christus novi, id est Christiani generis autor & sator: qui cum propter peccata, non sua, quibus planè caruit, sed nostra, mortem appetiisset, perfectâ suâ obedientiâ, ad resurrectionem ex mortuis & immortalem celestemque vitam pervenit: & sic porro omni-

omnibus ex se per fidem progenitis, quatenus & ipsi obediunt, quamvis ab obedientia Christi perfectione multum distent, ut & infantibus eorum, ipsâ naescendi sorte, resurrectionis & immortalis vita ius fecit. Ita vulnus illud mortiferum, quod primi hominis transgressio humano generi inflxit, secundi hominis obedientia sanavit. *Quandoquidem enim per hominem mors, etiam per hominem resurreccio mortuorum.* Nam sicut in Adamo omnes moriuntur, sic in Christo omnes vivificabuntur. *I. Cor. XV. 21, 22.* Quod argumentum latius exsequitur Apostolus in Epistola ad Rom. cap. V.

Adamum χοῖκὸς id est terrestrem dici qualis creatus est, rectè afferit Vir Doctissimus, χοῖκὸς enim ideo vocatur, quod ex terra fuerit, corporis sui respectu, ut ipsa Apostoli verba, *primus homo ex terra terrestris,* aperte docent. Quam rem egregie illustrat id quod Vir Doctissimus annotavit, terram illam ex quâ Adami corpus formatum fuit à LXX χεὸς appellari, unde χοῖκὸς. Idem docet & oppositi secundi hominibus, nempe Domini, quem ideo cælestem appellat ibidem Apostolus, quod ex cælo sit, corporis nimirum gloriosus

gloriosi quale nunc habet respectu. Unde & nos terrestres, propter terrestria, quæ nunc habemus corpora, appellat. Sicut olim propter cœlestia, quæ habebimus corpora, cœlestes futuri sumus. Nam sicut nunc portamus imaginem illius terrestris, sic & cœlestis imaginem portabimus, cum carnem & sanguinem, res naturâ sua infirmas & corruptioni obnoxias (quale corpus & Adamus in creatione accepit) deponemus, & pro illis spiritualia corpora, glorioso Christi corpori conformia acquiremus: z. Cor. XV. 43. & seqq. Philip. III. ult.

Hominem naturalibus viribus & humana tantum institutione adolescentem, vel imbutum, nisi accedat regeneratio & nova creatio per Christum, ad cœlestem beatitatem adspirare non posse, verissime ab Autore asseritur: causaque istius rei non minus vere explicatur, quod cœlestis vitæ adeptio, eam sanctitatem requirat, quæ nos Angelis æquæ (quantum quidem humanæ naturæ conditio permittit) & supra vires humanæ naturæ attollat, nempe in crucificandâ carne cum concupiscentiis & affectibus. Eam verò sanctitatem per cognitionem Evangelij & fidem illi adhibitam, proinde

Inde per præcepta & promissa cœlestia ho-
 minum mentibus inscripta contingere, res
 est in Sacris Literis decantatissima, & ipsa
 per se clarissima. *Has igitur, inquit Apo-*
stolus, habentes promissiones, perficemus nos ipsis
ab omni inquinatione corporis & spiritus. perfici-
entes fanditatem in timore Dei. Cor. VII. v. 1.
 Sermo Evangelii exterius tantum auditus,
 & non exerceatur tñ nra iis qui eum
 auribus hauserint, nullam vim habet in re-
 generandis & reformatis hominum men-
 tibus & moribus: sed verâ fide suscepimus,
 & penitus animis audientium immisus ad-
 mirabiles producit effectus. Hioc sermo-
 ni divino tanta tribuitur vis & efficacia:
 hinc semen illud appellatur ex quo rena-
 scimur: hioc fides nostra victoria mundi
 esse dicitur: hinc fide nominata, cæteras
 tanquam sponte sua secutur ponuntur;
 hinc illius complexu universa pietas Chris-
 tiana sèpè includitur. Hinc iis qui Evan-
 gelium sermonem fide sunt amplexi, spiri-
 tus omni lege potentior & carnis nostræ
 dominor, tribuitur: quippe quod Evange-
 licus sermo spiritus quidam sit, id est spiri-
 tualem & cœlestem vim habeat: cuius fie
 particeps quisquis cum per fidem suū fecit,

Ut qui regenerandi & renovaodi vim sermo
moni Evangelico veræ fidei conjuncto in-
esse negent, non aliam ob causam id faci-
ant, quam quod bonum illud Dei verbum
unquam gustarunt, nec quid Evangelica
fides intelligunt. Olim credentibus &
in Christi nome baptizatis quibus Aposto-
licarum manuum imposito contigerat, da-
batur insuper confessim & cœlestè illud
Spiritus Sancti donum, quo per tempus
aliquod caruerat Ecclesia, Samaria à Phi-
Lippo conversa, antequam nimirum Ape-
stoli eam hunc ipsum in finem ut Spiritus
Sancti dono cumularetur, adiissent, manus-
que credentibus imposuissent. *AB. VIII.*
Nunc verò Apostolis jam rebus humanis
exemptis, & Evangelicā veritate satis super-
que illustratā & roboratā, precibus arden-
tibus, & admissæ in animum fidei fructibus,
hoc tantum donum ambiendum est: quod
largiter indulget caput Ecclesiae Christus,
iis qui digni sunt, quoque vel majoro re-
rum divinarum scientiâ, vel majoribus viri-
bus, in majoribus præsertim temptationibus,
vel cœlesti quadam gaudio, & futuræ bea-
titatis gusto replere, vel illius pignore do-
nare, vel ad peculiaria aliqua & eximia

opera vult adhibere. Qui verò ^{Spiritu} Sanctum
Sanctum perpetuo jactant, cumque etiam
antequam crederent accepisse se putant,
vergunt ne suā opinione vehementer fallan-
tar. Et sanè nec fides, nec vita eorum ta-
lis est, ut illos spiritu illo veritatis agi ap-
pareat.

Monstratis circa statum primi homi-
nis erroribus, addimus, eos pacis causā iis
conditionibus tolerari posse. Primum,
ut meliora monentibus eadem libertas ma-
neat : deinde, ut faciamur eos quibus Chri-
sti Evangelium eo modo quo par est an-
nunciatur, Evangelio posse credere : cui si
non credant propriā eorum & voluntariā
improbitate fieri ; eosdem etiam postquam
crediderunt, & spiritum illum fiduci poten-
tem & efficacem hauserent (qui certā æter-
nae vitae fiduciā illiusque ardenti desiderio
continetur) Legem illam libertatis à Chri-
sto traditam posse servare : quippè qua-
nognulli subjiciat servituti, nec ad literam
adstringat, nec ritibus oneret, sed solius
honestatis pulcritudine, præmio æternæ
vitæ proposito, circumscribat,

Ad ARTICULUM III.

Cum Christus à dextris Dei sedere dicatur, non tantum significatur cum locum à Deo primum & principem adeptum esse, sed etiam omnibus aliis post Deum sine comparatione sublimiorem: siquidem nullus aliis qui Deo assideat præter Christum cogitandus est. Et Apostolus sessionem Christi à dextris Dei ita explicat, ut eam ad Christi Regnum in omnia & subjectionis exortem potestatem referat, istoq; nomine Christum omnibus Angelis alienæ potestati subjectis opponat. *i. Cor. XV. Eph. I. Heb. I.* Et sanè cum Christum ita à dextris Dei sedere jussum esse constet, ut simul omnia pedibus ejus sint subjecta; omnino hic divinæ Majestatis par Christi majestas intelligenda est. Et sicut hoc solo impar quod à Deo qui Christum sibi assidere voluit, profecta sit, & ad ipsius Dei gloriam tendat, iterumque ad Deum redire debeat *s. Cor. XV.*: sic quod dextrum sibi assidere voluit non sinistrum, honoris quadam prærogativâ insignita est. Ita Pater cum se ipsum se extollere non posset, filium à dextris suis collocando, in Filio præstítit quod in se ipso præstare non poterat. Atque hinc

{ supra

hiac est cur Pater neminem judicet , sed omne iudicium Filio dederit . Sic & Salomon matrem & Rex illa Sponsam suam Psalm . XLV . 10 . à dextris suis collocando , honore supra se afficere voluit : simul tamen honoris sui securus , quod honor ille sive Matris sive Sponsæ ipsum Regem haberet auctoritatem , & totius in Regis decus & gloriam referretur : proindeque non tam Matris & Sponsæ quam ipsius Regis honos esset . Ex hac verò tantâ Christi maiestate , sicut non sequitur , ipsius naturâ suâ humanâ ubique esse ; sic si verum sit eandem cum divinâ naturâ personali unione coherere , profectò frustra contra eos tendimus qui ubicunque divinam naturam & personam esse credunt , ibidem & humanam Christi naturam collocant . Cum autem evidenter sit absurdum & contradictionem implicet humanam Christi naturam ubique esse ; necesse est , non minus absurdum esse & illud ex quo hoc consequitus . At verò ex illâ tamen subliani tamq; divinâ Christi maiestate omnino consequitur Christum ubiq; suis adesse , quatenus omnes videt , audit , novit , iuvat , defendit , beneficiis cumulat , servat , non servatq; si persona sua illis praesens adesset :

quippe hic tantus tamque divinus Rex, neque
 temporum, neque locorum, vel longinquitate impeditur, vel propinquitate
 juvatur. Estque in hac locutione meta-
 phora ab hominibus sumpta, quos praesentes
 esse oportet, quoties aliquem videre,
 eique manus auxiliatrices porrigeret volunt.
 Adebat suis etiam per verbum suum & per
 Spiritum Sanctum, qui Christi vices in do-
 cendis, consolandis corroborandis, & ad
 omne praeclarum opus excitandis, in eoque
 peragendo juvandis Christi discipulis, obit.
 Adebat denique & per Angelos suos, quo-
 rum opera & ministerio in procuranda sa-
 lute nostrâ uitetur. Quod vero ait Vir Do-
 ctissimus, adesse etiam Christum suis, ut
 corporis & sanguinis sive passionis sue,
 tanquam instrumentis, per quae emenda-
 tionem nostram & salutem operatur; hoc
 totum in Verbo Christi & Spiritu Sancto
 includitur. Per Verbum enim suum & per
 Spiritum Sanctum Christus hanc vim suie
 notam facit eorumque membris imprimit.
 Ceterum corpus & sanguinem Christi, cum
 de vi passionis Christi agitur, recte & Scri-
 pturæ convenienter pro ipsa passione u-
 feroavit Vir Doctissimus, Tunc enim cor-
 pus

pus Christi, non quale non habet, vivens; gloriosum, spirituale, & incorruptibile, sed corpus illud carneum, cruciatibus affeatum, & morte examinatum intelligi debet: similiter & sanguis è corpore effusus. At tale Christi corpus & talis sanguis, immò ullum Christi corpus quod caro sit, & ullus Christi sanguis, jam nusquam re ipsa est, sicut nec usquam est Christi passio & mors. Ex quo apparet, in Sacramento Eucharistiae non magis esse corpus & sanguinem Christi, quam ipsam passionem & mortem Christi: nempe non aliud ratione quam quatenus corporis & sanguinis Christi memoriale signum istuc continetur, passionisque & mortis Christi memoria celebratur. Hinc autem porrò constat, panis & vini sumtione, non sumi ipsum corpus & sanguinem Christi. Quod qui affirmant in varia incidente absurdum, ut res ipsa docet. Quae non effugiunt, sed augent, qui in pane & vino corpus & sanguinem Christi spirituali modo sumi dicunt. Si enim spirituali modo sumitur, quo pacto in pane & in vino, & vicissim, si in pane & vino, quo pacto spirituali modo? Arcano, inquit, & ineffabili. Absurdo potius dicitur.

gerent & contradictorio. Et quis credet, cum Christus omnium id officium esse vellet, non suum beneficium, ut carnem ejus edant, & sanguinem bibant, quo pacto id fiat à nomine intelligi? At qui eo ipso cum carnem Christi edere, & sanguinem Christi bibere jubemur, de mactatione & morte Christi admonemur, per quam caro ipsius animâ cassa noster cibus, & sanguis ex corpore susus, noster potus factus; ut qui hic de vivo & gloriose Christi corpore quod nunc habet cogitent, in symmâ rerû ignorantie versentur. Nimirum Christi carnem edere & sanguinem bibere, est vim carnis & sanguinis, seu mortis Christi vivificantem agnoscere, & fide affectuq; complectit quod semper & ubique fieri debere, manifestum est. Nec quod Apostolus de calice benedicto & pano quem frangimus dixit, eum esse communionem sanguinis & corporis Christi, ad corporis Christi osu[m], & sanguinis ejus potum pertinet: non magis quam communio altaris, cujus ibidem fit mentio, aut communio dæmonum (cum declaranda causa veramque & altaris & corporis ac sanguinis Christi communione acutum), de osu altaria vel dæmonum intelij.

intelligenda est. Sensus Apostoli est, de-
cere, eos qui panem hunc edunt & ex ca-
lice bibunt, participes fieri rerum ad cor-
pus & sanguinem Christi spectantium, pro-
inde hoc ipso corporis & sanguinis Christi
communionem ac societatem habere eam-
que testari: & Israelicas dum ex victimis
edunt, participes fieri rerum ad altare Dei
spectantium, ideoque altaris communio-
nem habere atque testari: Sic & eos qui
idolothyta comedunt, quia participes sicut
rerum ad demonas spectantium, demo-
num communionem seu societatem & ha-
bere & testari. Et hoc pacto corporis
quoque mystici, quod Ecclesia est, com-
paratio, quam similiter isthic ad panem re-
tulit Apostolus, bene & congrue explica-
tur. Est igitur corpus Christi quod nunc
babet, vivum, spirituale & incorruptibile,
verè, re ipsâ, substantialiter & propriè in-
supremo caro: Corpus Christi mortuum
& ex sanguine & sanguinis effusus, spiri-
tualiter est in iis qui corpus hoc e-
dunt, & sanguinem bibunt, spirituali-
zimur ratione, seu quæ spiritu fiat
non corpore. Cura enim non proficit
quicquam, verba mea spiritus sunt et vita,

inquit Christus , hac de re verba faciens , Eu-
csum ac potum carnis & sanguinis sui , qui
ore , aut in re corporali , non in solo Spiritu
fiat , refutans ac repudians . In rito autem
Eucharistico non aliter est corpus & san-
gvis Christi , quam quatenus illius memo-
riale signum ritus iste continet . Quem
modum si quis sacramentalem appellari
velit , quod Vir Doctissimus facit ; nos de
voce non contendamus : sed quia in hoc ri-
tu sacramentaliter tantum Christi corpus
& sanguis est , verè , re ipsa & substantialia-
ter in illo esse non potest . Quis enim ver-
è , re ipsa , substantialiter ibi aliquid esse
dicet , ubi signum tantum illius est & me-
moria ? Neque ritus istius substantia , id est ,
id quod in illo præcipuum , quod activum
est , & cuius ergo sunt cætera (quo pacto
vocem substantiaz hic accipivult Vir Do-
ctissimus) est ipsum corpus & sanguis Chri-
sti , sed corporis & sanguinis Christi signum :
quo fit , ut hoc sensu dicere liceat , non esse
hunc panem neque vinum , sed pane & vi-
no maius quidam , & sanctius , nempè cor-
poris & sanguinis Domini signum . Ac
dicere non licet , non esse hoc corporis &
sanguinis Christi signum , sed ipsum Christi
corpus

corpus & sanguinem : quum illa locutio propria sit, haec impropria : Igitur si ita placet, panis & vini, totiusque istius sacri ritus, in memoriale corporis & sanguinis seu mortis Christi, signum, concedatur transubstantiatio. Sed praestaret subtilitatem istas, ac loquendi rationes ambiguas & insidiosas, tollere potius, quam erroribus, iisque gravissimis, vel occasiones dare, vel latreras. Errores Lutheranorum, & eorum qui se Reformatos vocant, quamvis sint graves, & ad panis ac vini adorationem viam sternant: quia tamen citram considunt, pacis gratiam tolerari possunt, dummodo & Veritatis Professioni sit locus, nec illorum fiducia Sanctis moribus detracitum afferat.

Ad ARTICULUM IV.

Justificare, quanquam justum facere significet, usitatiore tamen significatione justum pronunciare denotat, eiq; opponitur condemnare. Justificari autem, hoc sensu tam actor quam reus dicitur, cum secundum alterum sententia fertur. Ex hac vero primaria significatione fluxerunt & aliae. Nam primo quia reus enim justus pronunciatur a poena absolvitor, & si quod

est justitiae præmium illi decernitur, præ-
terea cum Deus homines à peccata absolvit,
& præmium quod justis constitutis illis de-
cerait, justificare illos dicitur. Quia vero
omnes homines peccatorum sunt rei, nec
quisquam à peccato absolvi, & justitiae præ-
mio dignus censeri potest, nisi Dei miseri-
cordia, & peccatorū remissio interveniat;
hinc fit, ut cum Deus homines justificare di-
citur, non tam vi vocum, quam rerum, justi-
ficare idem sit quod peccata remittere.
Deinde quia is qui justus pronuntiatur, eo
ipso laudatur, factum est ut Deus ab homi-
nibus justificari dicatur, quam laudibus ac
gloria afficitur. *Luc. VII. 29.* *I. Tim. III. 10.*
Deniq; quia is qui justus pronuntiatur pec-
cati ex foris esse censetur, ideo Paulus cum
qui mortuus est, justificatum à peccato di-
xit, quum eum peccati ex foris esse, nec
quicquam cum peccato commune haberet
significaret. *Rom. VI.* Quamvis autem ve-
rum sit quod Vir Doctiss. assertit, homines
per fidem purgari à vitiis, & sanctitatis amo-
rem ardentesq; studium ihesu ingenerari; tamen
quum Deus hominem per fidem vel ex fi-
de, non ex operibus Legis justificare dici-
tur, non ista animi purgatio, sed à peccatis

peccatorum liberatio, & ius æternæ vitez
 hominibus concessum intelligitur. Quis
 enim locus quæstioni isti esse poterat, an
 iustitia quæ animi & operum sanctitate cō-
 tinetur, ex fide proficiatur, an ex ipsis o-
 peribus? Quis id vel de fide negaret, vel de
 operibus assereret? cum & fidem in omni
 ad Deum accedente, inesse prius oporteat,
 & animi operumque sanctitas se ipsa prior
 esse non possit. Sed quæstio erat, quid illud
 sit, quo ex nostra parte fiat ut nos Deus à
 peccatis liberet, & in ius vitez à se promissæ
 asserat? An id fiat propter legem à nobis
 impletam, an vero quamvis in multis defi-
 ciamus, fidem nihilominus nostram à Deo
 tanto munere dignam reputari? Prius à Ju-
 dæis affirmatum est: posterius contra Ju-
 dæos asseruit Apostolus. Ideoque justifica-
 tio hic tanquam merces & tanquam summa
 hominis beatitas spectatur: & imputatio ju-
 stitez (quæ nihil aliud est quam justificatio
 gratuita) cum peccatorum remissione con-
 funditur. Rom. IV. 4, 6, 7, 8. Eodemq; signifi-
 catu, fidei vita, vel salus, pro justificatione
 tribuitur. Porrò idem esse fidem alium impu-
 tari adiustiam, vel simpliciter iustitiam alicui
 imputari, quod per fidem, seu ex fide justificari,

promiscuus phrasum istarum apud Paulum declarat, Rom. III. 4. s. Nimis justitia hic ut & alibi sacerdotem aput Paulum, præsertim per metonymiam, justitiae mercedem significat, quæ hujus seculi respectu, jure, & certâ spe æternæ vitæ, futuri autem respectu, ipsâ æternæ vita adeptione & possessione continetur. Galat. V. Philip. IV. 2. Pa. III. Sic & in re contrariâ peccati vox non raro pro pœnâ peccatorum accipitur. Quia verò justitiae illa merces non ex Legis divinæ debito nobis contingit, sed ultra debitum ex Dei gratiâ, qui fidem nostram, quamvis à Legi tanquam transgressores damnumur, tanti munera dignamus ducere voluit; Idcirco Dei ipius, non autem nostra justitia esse dicitur. De Christi justitiâ nobis imputata quasi nos eam omnia præstitissimus, sicut & de fide, qua justitiam illam nobis applicare debemus, verè asserit Vir Doctis, nullum esse verbum in Sacris Literis. Nimis confidium quoddam veri egit homines incautos indevia. Nam quia viderant Christi obedientiam fieri ut credentibus quamvis immensis justitia imputetur, id est peccata remittantur, Christi justitiam illa imputari credi-

crediderunt: Qui vel ipsâ remissione peccatorum moneri poterant ne id crederent. Hoc verò male credito , mirum non est quod fidem salvicam justitiae Christi apprehensione definiverunt. Quo errore vix ullus perniciosior hominum salutis invicti poterat, & qui ita directè ipsam pietatis Christianæ pacem id est fidem invaderet. Rectè Vir Doctiss. fidem salvicam esse dixit, quia Christum credimus pro nobis passum , mortuum & excitatum à mortuis, & à dextris Dei collocatum , ac propterea vera esse quæ Dei nomine, sive præcipiendo, sive promittendo, sive comminando, nobis attulit. Hæc est quæ in animum admissa animum renovat, & à vitiis aversum ad omnis generis præclara opera, & naturæ, & legis (prout ea ad temporariam vitam & felicitatem aperto sensu referebatur) operibus longè præstantiora sectanda convertit. Hæc proinde justificationis nostræ initium facit: & nos in statu Filiorum Dei collocat, ut omni præteriorum peccatorum reatu soluti , cœlestis hæreditatis jure gaudemus, istoque nomine Spiritum Sanctum hæreditatis tantæ pignus capiamus. Quæ si ut ipsius natura & vis est,

vitam & mores nostros renovet, ac fructus
cœlo dignos ferat, partam semel justifica-
tioem, & impunitatis ac vitæ æterne jus
nobis conservat. Si verò sterilis fuerit, nec
effectum suum in nobis renovandis habue-
rit; pro nulla vel pro mortua censetur: &
cum nullius sit in nobis servandis efficacia,
in damnandis est maximæ. Quia verò fi-
dem Christi vitæ nostræ ducem & Magi-
strum adepti, ex legis servitute in liberta-
tem filiis Dei convenientem vindicati su-
mus; idèò non solum nobis omnium ex-
ternorum rituum gratia facta est, sed & ea
quæ ad mores nostros pertinent, ad legis
literam & rigorem non examinantur. Suf-
ficit animus recti tenax, & praviosor, qui
nullum crimen admittat, nullum vitium si-
bi inesse, nullam virtutem à se abesse pa-
tiatur.

Paulus cum hominem ex operibus
justificari negat, loquitur ut debebat ex
Legis sensu, seu de Legis Mosaicæ operi-
bus. Rom. III. 20. At Legis Mosaicæ sen-
su ex operibus Legis justificari, est ideo ju-
stificari quod omnia feceris à Lege præce-
pta, nec ulla in re à legis præscripto reces-
seris. Hoc Paulus ~~maritè~~ negavit, ostendens

dēns & īpiūm, si Dei verbo ī tempore
 credat, & sic ab īpietate ad Deum ſeſe
 convertat, hāc fide jūſtificari, & in jūſticiæ
 continuatione ac conservatione, nullius
 credentium tantam eſſe obedientiam; quia
 Deo benignissimo multa diſſimulanda ve-
 niant. Jacobus autem qui hominem non
 ex fide tantum ſed etiam ex operibus jūſti-
 ficari aſſerit, communi & vulgari ſenſu, nec
 ad legi mēntem adſtricto, ſeu de fidei o-
 peribus loquitur, docēns fidem forſe irritam
 ac mortuam, nec ullius in jūſtificandis no-
 bis efficaciam, niſi eam liberalis ſequatur o-
 bidentia, & ahīmus in omne obsequium
 Deo addictus, & per illud exercitus: Ut
 videre eſt in ipſo Pātre credentium Abra-
 ham: qui dum nihil Dei gratiā facere de-
 trectat, & ne filio quidem ſuo unico, iuſſus
 eum offerre, parcit, ad eum jūſtificationis
 apieem pervenit, ut Amictus Vei appella-
 retur, qui in hoc ſeculo ſumimus eſt. Et ſi
 cut id quod a Paulo aſsertum eſt, Jacobo in-
 mentem venire nunquam potuit ut nega-
 per. In multis mihi querenda inſtitutis ſunt ſ. 2. v. 2. 1.

Imò id ipsum est Paulo *fides per charitatem efficax*, quod Jacobo', fides opera habens. Et *fides* quidem sinè proposito liberalis obedientiæ justificationem producere non potest, nec productam, sine ipsâ liberali obedientiâ retinere ac conservare. Undè patet, quamvis fidei fructus, cum de justificatione & salute nostrâ agitur, non semper unâ cum fide exprimantur; semper tamen prout de justificationis & salutis nostræ, vel primâ adeptione vel conservatione agitur, intelligendos esse. Simili ratione, qui ex agro aut vineâ suâ vivere se dicit, quamvis fructus non nominet, fructus tamen simul ex agro vel vineâ provenientes intelligit. Fides verò non tantum fructuum suorum est procreatrix, sed etiam illorum omnium quæ à nobis praestanda sunt pars prima & præcipua, quæ & justificationem nostram producat, & opera quibus producta retinetur ac conservatur, Deo grata acceptaq; reddat: & quæ si abesset, nullius reliqua omnia opera apud DEum essent pretii. Quò pertinet divinum illud & memorabile eloquium: *Justus ex fide vivet*: quasi dicat, iustum non sua justitia vita æternæ asseret, videlicet nec DEum natura suæ deas

ullâ ex parte obligare, nedium tantum bonum promereri potest: nec quamvis Deus lege suâ sese liberaliter obstrinxerit, tanta est ut legis mensuram impleverit; sed ideo vitam æternam adipiscetur justus, quod Deo liberaliter promittenti & sese verbo suo obstringenti fidem habuerit. Hæc fides & Deum homini tenet obstrictum, & tanti apud eum reputatur, ut illius causâ & justitiam ex illâ profectam acceptet, & defectus pro suâ immensa bonitate tegat.

Ex his quæ diximus, facile quæstio illa de fide, an sola justificet, expediri potest. Nempè fides sola justificat, quomodo à legis operibus distingvitur: non sola quomodo distingvitur ab obediendi proposito, & quæ hoc propositum sequi debet liberali obedientiâ. Quorum illud in ipsâ justificationis acquisitione; hæc in ejusdem conservatione, fidei debet accedere, & ex fide proficiisci. Et quatenus fide, non exspectatis operibus, justificatio ex Dei gratia acquiritur, rectè dixit Augustinus, *bona opera sequi justificatum, non præcedere justificandum:* sed quatenus bonis operibus ex fide proficitis justificatio conservatur & perficitur, contrario sese modo res habet, bonaque

Opera præcedunt justificandum, non sequitur justificatum. Lapsis post fidem & pœnitentiam, & qui utriusque signum & professio est, baptismum, patet iterum ad Deum & Ecclesiam receptus: non tamen solâ fide, & solo sanctè vivendi proposito & stipulatione, sicut ab initio; sed si factis id ipsum firmaverint, & pravos quidem mages rectè agendi consuetudine, gravia autem si quæ commiserint delicta, gravi pœnitentia & contriti animi operibus, nec interruptis similibus delictis vitæ sanctæ senore cluerint. Nimirum conversis ad Christum omnino peccandum non est (voce peccati in graviorem sensum vel pro peccandi consuetudine, vel pro crimen, ex Scripturæ sensu acceptâ) attamen si peccent, non protinus illis de salute desperandum est; sed quam primum ad pœnitentiam & confessionem peccatorū consurgendum. Quæ si tempestiva & seria, id est cum animi & vitæ renovatione conjuncta fuerit, de peccatorum suorum remissione dubitare non debent. Nam propter Dei promissionem & paternam misericordiam, *Habemus apud Deum Advocatum IESUM Christum justum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.*

strū, nec prae nos tristis erit, sed etiam seruus ambi-
di. I. Joh. II. 1, 2.

Remissionem peccatorum dicit, cum Deus alicui gravibus delictis involuto, ea quæ ad conversionem sunt necessaria non adimit, vix probari potest, idoneo Scriptu-
ræ exemplo. Nam non ad imere alicui ad conversionem necessaria, est viam non ob-
struere, sicut ad cōversionem, sic ad pecca-
torum remissionem: arguitque Deum qui-
dem velle peccata remittere sed nondum remisisse. Nec ratio patitur, ut is qui adhuc
peccatorum reatu tenetur, peccatis reipsā
solutus esse dicatur. Nec induratio, seu re-
rum ad conversionem necessiarum ad-
mittio, propriè loquendo est poena, sed du-
cit ad poenam. Unde nec si cui indurationis
promeritæ veniam faciat Deus peccata illi
remisisse ita absolute dicendus est. Et Christus (quod solum Vir Doctiss. affert) dura
Luc. XXII. 34. Patrem orat ut suis interfe-
ctoribus peccatum hoc remittat, plenam &
perfectam peccati istius impunitatem orat,
additâ ignorantiae excusatione: quam im-
punitatem etiā, idq; ob hanc ipsam ignorâ-
tiæ causam adepti sunt, postquam tanti sce-
leris penitudine duci coepereunt, fide in-

Christum susceptā ; Cujus rei illustre nobis exemplum in se ipso Paulus exhibit, qui post similia peccata , misericordiam, id est peccatorum remissionem, ejusdem ignorantiae præsidio, consecutum se esse dicit : non ante tamen quam fidem & charitatem quæ est in Christo Iesu amplexus esset : eandem misericordiam & omnibus in Christum credituris promittens. 1. Tim. I. Neq; Dei ista in homines benignitas, ut iis aditū non obstruat, imò adstruat , ad pœnitentiam, est prima illa reconciliatio nostra, de quâ Rom. V. 10. 2. Cor. V. 19. & alibi agitur : quæ initium illud conversionis nostræ ad Deum significat, cùm immensam Dei gratiam, per Evangelium nobis oblatam amplectimur, tantoque illius in nos, adhuc hostes & inimicos amore per moti, hostitem & ipsianimum deponimus , nosque in posterum totos divinis obsequiis tradimus. Cui reconciliationi nostræ si effectus respondeat, neque iterum ad inimicitias, id est malos mores & mala facta relabamur, non erit frustranea, nec abibit in cassum, divinæ gratiæ suscep̄tio : quod ne fiat monet nos Paulus Apostolus 2. Cor. VI. 1.

Nihil verius nec salutarius dici potest, quam pia facta seu fructus fidei, causam esse nostræ salutis, quod cum universâ Scripturâ Sacrâ asserit Vir Doctissimus. Et nisi res ita se haberet, frustra pia facta & sanctos mores conaremur adjungere fidei. Unde qui hoc negant, non mirum est, si quamvis multa de bonis operibus dicant, pauca tamen & sibi & aliis persuadant. Neque enim apparet, quo pacto vera fides debeat esse bonis operibus foeta, si nullam ex Dei voluntate vim habent comparandas nobis æternæ salutis. Et si pia facta sunt ad regnum, profectò per eorum operationem nobis ad regnum contendendum est. Non minus igitur piorum factorum operatio, causa erit ut ad regnum perveniamus, quam viam rectam itio, causa est ut eò perveniamus quo iter instituimus. Similiter & piis operibus, Dei in nos favorem servari, verissimè & sanctissimè dictum est à Viro Doctissimo. Docuit hoc ipsa veritas, ne infiducia alia commemorem; Sicut me dilexit Pater; sic & ego dilexi vos: manete in dilectione meâ. Si mea mandata custodieritis, manebitis in dilectione meâ; sicut ego mandata Patrem mei custodivi, & maneo in dilectione ipsum. Job XV.

Nimirum sicut & alibi dixit, Cap. VII. 29.
 Non reliquit me solum Pater, quia ego qua ipsi
 placent facio semper. Et c. X. Propterea me Pa-
 ter diligit, quia ego pono animam meam, ut eam
 parsue accipiam. Et qui propterea Dei favo-
 rem pia operibus servari negant, quod pia
 opera in nobis divino favore servatur, non
 considerant mutuas amoris vices. Utrumque
 verum est, utrumque credendum. Neque
 aliam ob causam Deus pia opera in nobis
 servat, quam ne gratia illius & amore, &
 qui illius effectus est, aeternâ salute exida-
 tus. Sunt autem divini favoris in opere,
 salutis nostræ, & primæ & ultimæ vices ;
 nam & amore suo nos indignos & aversos,
 ad mutuum sui amorem provocat, & post-
 quam amorem nostrum elicuit, amore suo
 semper nobis respondet, donec tandem
 salutis nostræ opus, quod primus iachea-
 vit, ultimus absolvat.

Meriti vocem de sanctis operibus pro-
 priè usurpari non posse, nemo est qui ne-
 get. Nam cum nos Deo omnia debemus,
 ipse nobis nihil debet, nec operibus nostriq
 ullâ in re juvatur, tuisque indiges. Et si ad pa-
 catum provocemus, illud ex merâ gratia pro-
 fectum est. Et quod in eo pepigit nobis

æternæ vitæ bonum, infinitis partib⁹ opera
 quævis excedit. Jam si pactū legis intuca-
 mur, nullus est qui illud impleverit; si pa-
 ctū Evangelicæ gratiæ, hoc pœnitentiæ &
 peccatorum remissione constat. Adde quod
 pactum hoc Spiritum illum vivificum & ef-
 ficiacem contineat, cuius vi, nō nostris pro-
 priis viribus cuncta fiunt: ut propterea no-
 stra opera non nostra sed Dei ipsius opera
 vocanda sint. Hæc autem ipsa porrò docet,
 nec in propriâ locutione, nisi admodum
 æxūgias opera nostra merita appellari pos-
 se. Neq; enim aliquis peccatorū remissio-
 nem mereti rectè dicitur ipso Viro Doctiss.
 teste. Unde constat, non quamvis impletio-
 nem pacti meritum vocari posse rei pactæ;
 sed si pactum aliquā saltē rei ad rem æqua-
 litate constet: quæ hic neq; respectu remis-
 sionis peccatorum, neque respectu æternæ
 vitæ, neq; ullius alius rei respectu ulla: est.
 Mercede vox in Scripturis usurpata, contra-
 sum non arguit. Neq; n. merces meritum
 semper respicere necesse habet. Sufficit si
 ad laborem & operam præcedentem respi-
 ciat. Sic & vita æterna, & peccatorum remis-
 sio, merces dicitur, quod non aliter quā la-
 bore & operam coparetur. (Nā de peccatorū

remissione rectè contractum fieri, ipsum
fœdus novum docet.) Unde & Scriptura,
Sanctorum opera labores appellat; me-
rita non appellat. Neque si Deus la-
borantibus mercedem dare dicatur, quic-
quam habet quod Deo indignum sit; cum
merces etiam vilissimis operariis & manci-
piis dari soleat: immo mercedem omni com-
parisone majorem pro laboribus dare,,
planè divinum sit. At nostra aliqua in-
Deum esse merita, non nisi absurde dici-
potest. *Dignitatis* vox quā Sancti digni-
pronunciantur cœlestibus præmiis, multò
quam meriti vox est dilutior. Præstaret
igitur, cum de sanctis operibus loquimur,
ab hac superbâ meritorum voce abstinere,
& S. Seraphinū imitari, quæ etiamsi pia ope-
ra omnibus modis commendet, merito-
rum tamen appellatione nusquam digna-
tur: vilitatis nostræ nos eo ipso admonens,
& cuncta in solidum ad Dei gratiam & mi-
sericordiam revocans: quā nemo magis
se se indignum reddit, quam qui opera
sua aliquā ratione æstimare & imputare in-
cipit.

Quæstionem de certitudine propriæ
salutis, ita explicuit Vir Doctissimus ut ni-

hil desiderari possit: Nempe cum qui ver
pius sit certum esse debere suæ salutis; &
se pius perpetuo fore, & sic certò serva-
'cum iri, nemo debet arroganter præsume-
re, & se sejam accepisse credere, sed cum
Apostolo contendere ut accipiat, & corpus
suum contundere ac in servitutem redige-
rē, ne reprobis fiat *i. Cor. IX. ult. Phil. III.*
Hoc verum esse nullus inficiabitur, nisi qu
maximo errore æternum illud absolute
electionis & reprobationis singulare m
hominum decretum, amplexus est. Ex
quo sequitur quidem neminem qui electu
sit perire posse, sicut nec servari posse qu
sit reprobatus; Sed quis certus esse potest
electus ne an reprobatus sit? An quia cre
dis id circò electus es? Atqui tuā sententi
etiam reprobi ad tempus credunt, & elect
non credunt? An quia ad extremum cre
diturus es? Atqui de eo certus esse non po
tes: cum electus ne sis an reprobatus nesci
as. Affer quæcunque velis prædestinatio
nis istius, quam anima concepisti, indicia
talia sunt ut iis qui à fide vel pietate defici
unt esse potuerint communia. Ita qu
maxime certi esse volunt de suā salute, eo
maxime dubitare necesse est. Nam si no
min

mina eorum inter damnatos ab æterno descripta sunt , frustra fide suā cum fatorum necessitate luctantur, quæ nec incredulis duriora fiunt, nec credentibus mitescunt. Evangelicorum de justificatione sententiæ, quibus statuunt alienam à nobis apprehendi justitiam, sive ea Christi sit, sive alia aliqua. (neq; enim inter illos ipsos convenit) & propterea justos pronunciari à Deo , & fidem salvificam hæc ipsâ apprehensione definiunt, & his conformiter bona opera , quæ fidei sunt fructus , longè à causis conservandæ ac retinendæ justificationis arcent, summoperè periculosæ sunt: olerari tamen pacis & concordiæ causâ possunt, quamdiu innoxiae manent, nec in lepravationem morum Christianorum cumpunt ; cà lege ut veritatis , erroribus stis adversat, libera sit doctrina & professio. Sic & moritorum vox paci publicæ condonari potest, dummodo ita explicetur, ne quidquam dç gratiâ Dei delibet, aut superib; nostris ultra id quod verè sunt, adlat: tū ne vox ista traducatur ad opera quæ Deo præcepta non sunt, nec commenda, multo verò minus ad ea quæ superstitionis sunt & vana, aut præceptis Dei, aut

Christianæ libertati contraria , aut cum
præceptorum Dei neglectu conjuncta .
Denique ferri possunt & illi qui opinionis
errore eam sibi salutis certitudinem fixe-
runt ut nullâ suâ culpâ perire se posse exi-
ment ; si simul ab omni culpâ & vicio ab-
stineant , neque opinionis suæ vim secuti
in securitatem nimiam , & quæ eam comi-
tari solet socordiam solvantur .

Ad A R T I C U L U M V.

VERUM omnino est quod asserit Vir Do-
ctiss. Spiritum Sanctum in libris Novi
Fœderis ponit post fidem . Neque alii
Christus Spiritum Sanctum vel promisit
vel dedit , quam credentibus : cuius rei tol-
sunt documenta , ut ea memorare longum
sit . Et qui rem adeò manifestam negant ,
non aliam ob causam id faciunt , quam ne
aliis suis erroribus dissentanea concedant .
Ita error errorum trudit . Fides qua
z. Cor. XII. 9. inter spiritus dona refertur ,
non illa est quâ justificamur , sed quâ mira-
cula fiunt , & montes transferuntur . Ego
quidem & fides quâ justificamur Dei do-
num , sed quâtenus est ex auditu , & auditu
per verbum Dei . Rom. X. 17. Nec tractio illa

Patris ad Christum, unctione aliquâ Spiritus
 Sancti fit: (quæ enim alioqui culpa fo-
 ret in eo quod aliquis ad Christum non ve-
 niat, quia venire non possit, nisi Spiritu San-
 cto inuigatur, quod in solius Dei, non in
 ullius eorum qui audiunt, est potestate)
 sed cœlestis doctrinæ per Christum prædi-
 catæ admirabili virtute, quæ animos pro-
 bos & veri amantes penetrat, & efficaciter
 movet; improbos autem & veritati perti-
 naciam opponentes non movet. Ad locum
i. Cor. XII. 3. *Nemo potest dicere IESUM*
Dominum nisi in Spiritu Sancto, benè respondet
 Vir Doctissimus eos hic intelligi quos Spi-
 ritu aliquo agi & loqui constat, ut loci illius
 circumstantiæ docent. Horum nemo JE-
 sum dicere potest Dominum, nisi per Spi-
 ritum Sanctum. Tradit Apostolus regu-
 lam per quam Spiritus deceptores à veris
 dignosci possint. Si IESUM dicant ana-
 thema, falsi sunt; si dicant Dominum non
 nisi veri sunt. Hoc ipsum docet & Ioan-
 nes *i. Joan. IV. 2.* quod etiam Vir Doctiss.
 observavit. Idem & locum *i. Pet. I. v. 22.*
Animas vestras purificantes in obedientiam Veri-
tatis per Spiritum, rectè explicuit. Nempe
 monet Apostolus, eos qui veritati Evange-
 lium

¶ic etiam crediderant, ut in purificandis animabus pergerent: quod quomodo & quo medio fieri debeat, statim ostendit. Modus est ut veritati cui crediderant obedi- rent: medium vero est Spiritus ille quem fide in Christum suscepere hunc ipsum in finem hauserant. *Spiritus fidei, 1. Cor. IV. 13.* pro ipsa fide dicitur, ut ex seqq. pater. Sollet enim Spiritus Vox hoc pacto cum genitiivo differentiae seu speciei crebro construi. Qui locus etiam docet, quanta vis ipsius fidei per se sit, ut non semper necesse sit novo insuper cœlitus veniente afflatu qui Spiritus Sanctus dicitur impleri.

Sacramenta non tantum signa esse acceptae, sed etiam instrumenta per qua Deus operatur, dando & augendo gratiam, verum est, si recte explicetur. Sic bapti- smus non tantum signum est remissioni peccatorum, sed etiam medium per quo illam consequimur. Est enim & fidei, & pœnitentiae, & mundationis, & mortis a resurrectionis nostræ mystica, divinitu ordinata professio, quâ nos Christo penitu obligamus, & obstringimus. Sic panis sa- cri fractio non tantum signum est morti Christi quam pro nobis perpetius est; scilicet Christianus.

etiam medium à Christo ordinatum, pēt
 quod penitus inferimur Ecclesiæ; & cor-
 poris Christi, tam propriè dicti quam my-
 stici communione gaudemus. Sed qui
 præter hæc quæ diximus, ipsum baptismi
 ritum arcana quadam vi prædictum esse di-
 euit, quæ reatus peccatorum depellat, aut
 animos nostros renovet, aliquosque spiri-
 tuales effectus in iis producat: aut in ipso
 sacro pane, seu ritu Eucharistico, occultam
 quandam efficaciam residere affirmant,
 cui similiter divinos effectus tribuant; ma-
 ximo errore labuntur, & gravissimis super-
 stitionibus, cum veræ pietatis jacturâ la-
 tam aperiunt viam. Hinc enim factum est,
 ut ritibus istis ita fidant homines, ut de vita
 renovatione non sint solliciti: planè contra
 eorum vim & rationem quam ex divinâ in-
 stitutione sunt adepti. Hinc olim bapti-
 smus ad extremum vitæ articulum differe-
 batur, ut omnia præcedentia peccata eluc-
 ret. Nunc verò cotirario errore ita præ-
 cipitatur, ut infantibus simul ac nati sunt
 applicetur. Quasi verò in ipso per se ritu
 ulla vis sit, & non in ipsa quæ per illum sit
 professione sanctitatis, quæ in adultis mo-
 tibus jam sera est: in infantibus autem re-
 tens

tent natis nulla esse potest. Similiter & sacer panis olim non minus quam baptisim⁹ ministrabatur infantibus : nunc vero infantibus quidem non datur, sed privatim tamē defertur ad ægrotos & morientes: quā si istas Sacri patris ulti⁹ extra Ecclesiam sit usus. Quid memorem duplicem illum ceremoniarum apparatū, circa versusque ritus administrationem, per quæ uterque in aliam planè formam transmutatus est: improvidâ sane superstitione, quæ tanto religiosius primam eorum simplicitatem custodire debuit, quanto majorē illis vita à Deo adjunctam esse credidit, ne quicquam in re tam sacrâ penitusque divinâ mutaret.

Satis autem per ea quæ de Sacramentis istis asseruimus honoravit Ecclesiam Deus, nosq; ad ipsi concorrandos adegit. Nam si peccatorum remissionem per baptisim⁹, & corporis Christi communionem per sacri panis fractionē, tanquā per media divinitut̄ ordioata consequimur; quis nō videt ad Ecclesiā accedendū esse? Nam & Sacramentorum participem per Ecclesiā, & vicissim Ecclesiæ per Sacramentā. Hinc autē patet

quod pacto evenire possit, ut aliquis citram
salutis jacturam Sacramentis carere possit:
nempè si nulla facultas ea usurpandi de-
tur: vel quod ita remotus sis ab Ecclesiâ,
ut eam corpore adire non possis, vel si per
injuriam ab Ecclesiæ Sacramentis & com-
munione depellaris: vel si te ipsum reli-
gione abstinas, quod Ecclesiam non fe-
rendis erroribus ac superstitionibus pollu-
tam videas. Tuoc enim sufficerit ani-
mo ac Spiritu Sacramentorum istorum ef-
se participem. Et hoc ipsum argumento
est, Sacraenta non aliam in producendâ
salute nostrâ vim habere, quam quatenus
media sunt externæ, à Deo tradita & insti-
tuta, quibus spirituales quosdam in Chri-
stiana Religione actus obeamus: qui pro-
pterea si externis istis & corporalibus me-
diis obiri nequeant, solo spiritu eos obivis-
se satis est. Requiritur autem in iis qui ri-
tus istos usurpant, non dispositio tantum
quædam: sed in iis qui baptizantur, ut cre-
dant & peccatis renuncient: in iis qui mén-
sæ Dominicæ fiunt participes ut se probent
ac dijudicent, proinde ut à vitiis puri sint;
& Christo dignis moribus prædicti, qui pro-
bationis istius & dijunctionis istius effe-
ctus est.

Errores in hoc capite notati, & Sacramentorum abusus, et si graves sunt; tolerari tamen pacis publicæ gratia possunt, si citra morum corruptionem consistant, & libertas vera dicendi ac profitendi relinquatur. Quam cum Ecclesia Romana maximis etiam in rebus non concederet, protestantici fuit ab eâ secessio: & cum iidem illi errores eademque Tyrannis in eâ maneat, nulla est causa cur adhuc cupiamus eō redire, unde parentes nostri Deo & Christo duce exiverunt.

Societas eorum qui se à Jesu quam à Christo nominare maluerunt (quasi divisor esset Jesus à scipso) qualiter, in illâ die omnibus patebit. Deus enim novit corda, quia quod apud homines est sublame, abominatione coram Deo est. In eo certè societas hæc Iesum mundi Servatorem cuius nomen præfert, imitata non est, dum spiritualibus armis diffusa, carnem in subsidium vocat, & summis potestatibus abusando, infinitis cædiis & bellis causam dedit. Hoc neque Jesus, qui non venit ut animas perderet, sed ut servaret, neque sancta illa Apostolorum societas unquam fecit. Quæ pugnando spiritualibus armis irritavit quidem contra

se carnalia, & maximas persecutions: sed nunquam illis alia arma præter spiritum & patientiam opposuit: tantum abest ut carnalibus armis ac remediis prior usus fuerit. Quamvis autem credibile sit, quod Vir Doctissimus assorit, multos esse eorum qui se rioteneantur studio & vitia tollendi & restituendi Ecclesiæ pristinam unitatem; tamen quid est quod sperari possit ab illis qui se alii in servitatem tradiderunt.

Ad ARTICULUM VI.

ARTICULUS iste agit de vocem irandi & meriti, de justificatione ante & per opera, de peccatorum remissione: quæ omnia articulo quinto à nobis sunt examinata & explicata.

Ad ARTICULUM VII.

Ecclesiam Christi debere esse unam, ipsa docet, idq; Christus morti sese traditurus summâ contentione discipulis suis omnibus petlit à Patre, Joh. XVII. 11. 20. 21. 22. 23. Sed quæ Ecclesiæ sint Schismaticæ, unitas discernere nō potest: cum per Schismatica laceretur & cœllet unitas. Alia igitur Schismaticarum Ecclesiarum quarrenda sunt argumenta: nempe si constet, temerè & sine necessitate secessionem esse factam. Plebs

Christiana præpositis suis obsequi debet, sed
in iis tantum, quæ Christi & Apostolorum
doctrinæ sunt consentaneæ. Præpositi enim
non Domini sunt Ecclesiæ, sed Christi & Ec-
clesiæ suæ ministri. 2. Cor. IV. 5. 1. Pet. V. 3. Qui
si à normâ semel & ab initio traditâ disce-
dant audiendi non sunt: nec tunc plebs sub-
iecti nîs esse debet, sed illi plebi, inò cuiq;
rectiora monenti ex plebe, secundum ipsius
Petri præceptum: *Juniores, inquit, subjicia-
mini senioribꝫ: omnes verè vobis invicem subjicie-
mini, humili sensu exornati.* Quia Deus superbis
resistat: humilibus autem dat gratiam. Humilia-
mini igitur sub potenti manu Dei, ut vos exalbet in
tempore. 1. Pet. V. 5. 6. Hinc apparet, unitatem
Antistaritatis nullum esse aduersus Schismata
remedium. Quid si enim unus iste, quod ho-
mini primum est, exerret, & à normâ rece-
dat Apostolicâ & non tantum sese à nemine
patiatur in ordinem redigi; sed etiam o-
mnes sibi velit esse subiectos; nonne Schi-
smatis latam aperiet viam? Quod tam su-
necstis Ecclesiæ cladibus comprobavit ex-
perientia. Alia igitur omnino sunt qui-
bus in hac sanctâ unitate contineamur vin-
cula, quæ Paulus cå de re agens summâ curâ

commemorat. Studentes retinere unitatem Spiritus in vinculo pacis. Unum corpus & unus Spiritus; sicuti etiam vocati estis in una spe vocationis vestrae. Unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & Pater omnium, qui est super omnes & per omnes, & in omnibus vobis. Inter quæ tota sanctissima vincula, nulla unius in terris Antiquitatis mentio. An parum est, nos omnes Christi esse, & ab illius nomine censeri Christianos? Num in ullius in terris nomen baptisdi sumus? i Cor. I. 13. Hinc ipse Christus unitatem illam discipulis suis petens à Patre, ut omnes, inquit, unum sint, quemadmodum tu Pater in me, & ego in te, ut & illi in nobis unum sint. In nobis inquit Christus, non in illo in terris quomine: nimirum ut idem discipulis præcipit, Ne vocemini Rabi. Unus enim est Magister vester Christus: omnes enim vos Fratres estis. Neque Patrem vocate verarum in terris. Num enim est Pater rester qui est in caelis. Neque vocemini Magistri: unus enim est Magister vester Christus. Qui vero major est inter vos, erit vester Minister: qui vero extolleret seipsum, humiliabitur, qui vero humiliabit seipsum extolleretur. Matth. XXIII. 8. seqq. Parumne ex his verbis liquet, neminem ordinarium titulum, Magistri, Doctoris, Patris, inter Christianos,

stianos, quatenus nimirum Christiani sunt
 seu Ecclesiam constituunt, gerere debere?
 Tantum abest ut omnium quorquot sunt
 Christianarum Ecclesiarum Doctorem,
 Antistitem, Patrem, addito etiam (proh quā
 superbo!) Sanctissimi aut Beatissimi epi-
 theto, vocari sese sustineat. Nonne hæc
 est æqualitatis ac fraterni juris oblitum esse:
 & in titulos ipsius Dei ac Christi invadere?
 Et qui talia defendunt, videant ne sese tantum
 in Dei ac Christi majestatem criminis, quā-
 vis imprudentes, participes faciant. Fru-
 stra verò sub titulo servitii Dominatus oc-
 culitur. Nam unus omnibus tot locis &
 spatiis terrarum dissitis simul servire non
 potest, quam ut imperet & dominetur o-
 mniibus: & qui verè ac seriò serviunt, mul-
 tis simul inter se dissitis servire non possunt.
 Nemo enim duobus Dominis servire po-
 test: neddum ut simul servire possit omni-
 bus. Hinc est, ut qui vim istius universalis
 servitii intelligunt, Dominum cum vocent
 omnium, addito Sanctissimi (proh neias!)
 cognomine. Et sanguinem omnium simul Ec-
 clesiarum summus rector est ac præposi-
 tus, merito & Dominus omnium, isq; San-
 ctissimus appellatur: & sicut majestatis

Christi, sic omnium quibus ista maiestas designatur, titulorum ac nominum suo iure, sit particeps. Atqui cum Christus iubet, ut qui major est inter nos, aliorum sit minister, serio ac bona fide ministrum intelligit; nec quisquam in terra in Ecclesiâ quatenus Ecclesia est nullum dominandi jus habet, ipsâ Ecclesiâ, quippe Christi sponsâ & uxore, iura majestatis, quatenus ipsis post Christum competere possunt, retinente. Ecclesia est eos qui intus sunt judicare. *Matt. XVIII. 17. 18. 1. Cor. IV. 2. 7. 12.* ad rauisq; idoneos Ecclesiastica diligere. *Act. VI. 2. 3. 5.* *XIV. 23. 1. Cor. VIII. 19.* ea quae ex usu rerum & temporum sunt constitutæ. *Act. XIX. 2.* ergo. Sicut autem nulla in terris esse potest ac debet Ecclesia, quæ in alias omnes supremum regimen habeat; sic multo minus unus potest ac debet esse omnium Ecclesiæ, ac Antistitum summus in terris Antistites. Sed sicut qualibet Ecclesia Universalis Ecclesiæ pars est; sic quilibet Antistitum in Ecclesiâ, unus est ex Collegio antistitum, nihil amplius juris habens in aliis, quam quod quilibet aliorum habeat vicissim in ipsum. Hinc Christus discipulorum suorum inter se ambitum querent,

non poterit ut discipuli sui quatenus sci-
 fieret discipuli sunt, seu Ecclesiam & regnum
 Christi spirituale constituunt, usitato in-
 fraeibus civilibus more, dominatum in alios
 sibi usurpent. Matheb. XX. 24. &c. Et Magi-
 strum suum secutus Petrus, i. Pet. V. 3. Pa-
 storibus praecepit ne dominentur clericis, id
 est gregibus. quippe qui ipius Christi sors
 sunt, & haereditas. Merito sancte cum quod
 nullus mortaliuum, Ecclesiam quatenus Ec-
 clesia est, novis aliquibus institutis potest
 obstringere, praetor ea quae Christus ipso
 tam per se quam per Apostolos suos tradi-
 dit. Gal. I. 8.9. Heb. XII. 8.9. Et si quid
 in se aliquando edificationis causâ susci-
 pat, non id hominis alicuius in se potestati
 concedit, sed charitatis à Christo impotest
 legi, quae rebus ac temporibus aptanda
 est. Ad. XV. 22.23. &c. cum etiam ne crescen-
 tibus per omnes gentes Ecclesie, novos in-
 regnis dominatus, multò verò minus no-
 vam visibitem monarchiam erigeret, insi-
 nitorum malorum ut experientia docuit,
 causam. Hinc tantâ curâ ac sollicitu-
 dine Apostolorum primi praecepit, seq-
 que haud dubie docuerunt exemplo, ut o-
 manis anima potestatibus, omniq; humanis

creaturæ subjecta sit. Rom. XXIII. 1. Tit. III. 1. 1. Pet. II. 13. & seqq. Et ut quisvis in cā vocatione in quā vocatus est, id est, in eadēm civili conditione maneat. Cor. VII. v. 20. Nempe ne quicquam per Christianos in rebus civilibus turhetur, ipso Christo dicente, Regnum suum non esse ex hoc mundo. Joh. XVIII. 36. Proinde nullam regnis hujus mundi ex suo regno perturbationem aut perniciem metuendam esse. Denique ut unus mortaliū præsit omnibus totius orbis terrarum Ecclesiis, ne fieri quidem per rei naturam potest. Talia qui agitant intra mortalem p[er]f[ec]t[ion]em non cohibent: minime mirum sit, iis non humanos sed divinos ab aseclis titulos tribui, eorumque majestatem supra omnia Regum majestatem efferrī.

modum pp.

Ecclesiam esse corpus quoddam verum est: ideoque unum tantum habet caput, id que invisible, ut apparet Ecclesiae corpus solā in Christum fide, ejusque spiritu ac spontaneā pietate, & charitate, sine ullā externā coactione, ut in civilibus societatis bus solet, gubernari. Idem verò qui est caput Ecclesiae, ejusdem etiam est sponsus & maritus, nullam admittens maritalis sui

juris vicarium. Quia vero Ecclesia corpus est, hinc apparet iuncturas quibus compaginata est. Eph. IV, 6, col. II, 19. Non esse Episcopos in parte minore, in majore metropolitas, in parte adhuc majore alii Patriarchas, & in toto corpore cum qui Princeps sic Patriarcharum Episcopum Romanum, nova, ambitiosa, profana, & à Christo in Ecclesiâ prohibita (Episcopis tantum exceptis) aomina. Neque enim inter corporis membra ulli sunt ejusmodi gradus. Itaque talis est Ecclesiæ societas, quam membrorum in uno corpore, in quo, solo capite, quod in Ecclesiâ Christus est, excepto, nulli sunt superiorum & inferiorum potestatum gradus; sed tantum facultatum, & operationum. Sic Apostoli præstabant Prophetis, Prophetæ Evangelistis, Evangelistæ Doctoribus, Doctores Diaconis, Diaconi reliquis Christianis, & inter hos aliis. Nulli eorum ita subiecta erat Ecclesia ut non & illi vicissim subjiceretur Ecclesiæ, immo cuilibet ex Ecclesiâ: plane quo pacto membra alia aliis inserviunt, omnibus idem amor, par sollicitudo, mutua estimatio, ne schisma fiat in corpore, et si non eadem vis, nec operatio nec dignitas.

Jun.

Juncturæ igitur tot sunt in Ecclesiâ quæ
 membra, non secus ac in humano corpore.
 Contactu enim mutuo opus est, quo mem-
 bra sibi invicem vim & efficaciam suam
 quam à captie suo hauserunt, pro varietate
 membrorum varians ac multiplicem
 communicent. Hinc Apostolus juncturas
 istas suppeditationis secundum efficaciam
 juncturas appellat, corpusque per eas sup-
 peditari simul & coagmentari dicit: nimi-
 rum junc̄turæ istæ mutuæ Christianorum
 inter se, societate & communione conti-
 nentur, quâ fiat ut sibi invicem donis quæ
 quisque accepit diversis ministrent, eaque
 in communem Ecclesiæ usum conferant.
Rom XII. 3. & seqq. 1. Cor XII. 12. Nam sicut
 in humano corpore, sic neque in Ecclesiâ
 ullum est membrum inutile; quin ut Apo-
 stoli utar verbis, quæ videntur infirmiora,
 id est indigniora corporis membra, multò
 magis sunt necessaria 1. Cor. XII. 22. Mirum
 est Apostolum multiplicia in Ecclesiâ Chri-
 sti ministeria enumerantem, 1. Cor. XII. 28.
Eph. IV. 11. 12. quibus compages ista corpo-
 ris alitur ac vegetatur, nullam istorum Metropolitarum, Exarchorum, Primate, Pa-
 triarcharum, Principum mentionem face-

re. Nempe Christus istos Ecclesias suæ non dederat ad consummationem Sanctorum, in opus ministerii (non imperii) in ædificationem corporis sui. Ep. IV. 21. quamvis super omnes cœlos ascenderit ut impletet omnia. Q[uo]d circa non iuncturas Ecclesiæ enumeravit Vir Doctiss. sed gradus per quos ad fastigium illud in Ecclesia ascensum est, quo nulli mortalium fas erat scandere. Qui sit autem, ut iuncturæ istæ multis in locis hinc, in quibus nulli sunt Metropolitæ, nedium Exarchi, multò vero minus Patriarchæ: sed Episcopi proximè subsumunt isti quem volunt Patriarcharum Principi? In primis autem mirandum est, uouum ex Episcopis particularis Ecclesiæ, Patriarcharum omnium totiusq; Ecclesiæ Principem: quasi parum fuerit omnium inter his Ecclesiarum curam gerere, nisi etiam particularis aliquius Ecclesiæ peculiariis accederet procuratio: aut quasi nonsatis superque quemlibet Episcopum sibi commissa Ecclesiæ cura occupet, si dignè suo munere fungi velit. Ut omnino sui oblii esse videantur qui postquam per multiplices praesulorum gradus

ad

ad unum summum & universalem Episco-
 pum pervenerunt, iterum cum inter par-
 ticulares Episcopos detrudunt, & Ecclesiæ
 Romanæ Episcopum esse dicunt. Æquum
 profectò erat, imò necessarium, ut de Ro-
 mano Episcopatu cederet aliis, qui omni-
 um Episcoporum factus est Episcopus.
 Petrum instituto Christi principatum ha-
 buisse in Apostolos, vel ex communi Apo-
 stolorum nomine refutari potest, cum Pe-
 trus nihil supra Apostolum fuerit: nisi quis
 Principem vocet non eum qui peculiare jus
 habeat imperandi cæteris, sicut de Augusto
 dixit Tacitus, quod cuncta bellis civilibus
 fessa, nomine Principis sub imperium acce-
 perit; sed qui in ordine ejusdem Collegii
 sit primus, seu primum habeat locum: quo
 sensu Princeps Senatus apud Romanos vo-
 cabatur qui primus erat in ordine Senato-
 rio. Hoc enim Petro facile & ætas & ani-
 mi præsentia, & peculiaria Spiritus Sancti
 dona, inter modestos & ab omni ambitio-
 ne alienos, conciliare poterant. At aliūs
 principatus Petri nullum est in Sacris Lite-
 ris vestigium. Ipse certè Petrus tantum
 abest ut sibi Principatum in Apostolos ar-
 valet, ut se seniorum etiam eorum qui Apo-
 stoli

stoli non essent Consciorem vocet, alio-
 rumque Ecclesiae Pastorum socium esse o-
 stendat, solique Christo supremi Pastoris
 nomen deferat. 1. Pet. V. 1, 4. Neq; Pau-
 lus cum ministeria Ecclesiastica à Christo
 profecta recenset, ullam istius principatus
 facit mentionem: sed Apostolos in com-
 mune primo loco ponit, secundò Prophe-
 tas, tertio alias; & consequenter reliquos.
 1. Cor. XII. 2. Et controversiâ exortâ de
 ritibus Mosaicis res non defertur ad unum
 Petrum, sed ad Apostolicos & Seniores in
 Jerusalem. Ad. XV. 2. Nec solas Petrus
 sed et istius rei arbiter, sed conventus Apo-
 stolorum & Seniorum agitur v. 6. in quo
 post multas altercationes Petrus dicit sen-
 tentiam, sed non solus, multò vero minus
 solus rem decernit, neque solius Petri no-
 mine decretum prescribitur, sed Aposto-
 lorum & Seniorum, totiusque Ecclesiae no-
 mine. Ad. XV. 22, 23. Ut nullum istie prin-
 cipatus istius appareat vestigium. Idem
 Petrus una cum Johanne in Samariam ab
 Apostolis mittitur. Ad. VIII. 14. Manifesto
 documento, non Apostolos uni Petro, sed
 Petrum & quemlibet ex Apostolis tuto A-
 postolorum Collegio inferiorem esse.

Qui factum est porro, ut Paulus in consilio
 & Apostolorum & Ecclesiarum omnium
 Principe, Evangelium annunciat, idque
 passim inter gentes, neglectis legis ritibus,
 rem planè novam, nec adhuc ab ullo Apo-
 stolorum tentatum. Gal. II. 6. 7. An vero si
 Christus ipse principatum hunc in Ecclesia
 instituisset, ipsem et illius violandi fuisset au-
 thor? An Paulus se Petro in Apostolico mu-
 nere prorsus ex equaret, nec suâ quicquam
 interesse, qualis aliquando vel Petrus vel
 Apostolorum ullus fuerit, nec Deum ad ista
 respicere diceret. Gal. II. 8. 7. 8. Dextram
 dare societatis aliis, nonne socium aliorum
 esse arguit, non principem 9. 9. Quid illa
 tam libera reprehensio, quâ Petri simula-
 tionem, profectui veritatis noxiām, patim
 & eoram omnibus cōfripuit Paulus, an cum
 isto, Petri principatu & Pauli modestia si-
 mul possit consistere? Principēne & suum
 & omnium tam irreverenter aggredetur
 Paulus, & dum ex unâ parte occurrit scanda-
 lalo, ex alterâ parte Principatus tam ſan-
 ctâ violatione longè majus scandalum in-
 duceret. Idem alibi nihil se inferiore illis
 ceteris omnibus (quo Ecclesias in ei quam-
 à se tradicam accepterunt Evangelii veritatē

confirmaret, esse docens; In quo quis audet,
inquit, (in insipientia dico) audeo & ego. Mi-
nistris Christi sunt, despiciens dico, plus ego. 2. Cor. XI.
21. 23. Ecce rursum: Fatus sum insipientis glo-
riando, vos me cogistis. Ego enim a vobis de-
bui commendari. Nihil enim nimis fui ab iis qui
supra modum Apostoli, tametsi nihil sum, 2. Cor.
XII. 21. An verò ista dicere potuisse Paulus
muneris dignitate Petro minor & infe-
rior? Cur verò prohiberet Paulus quo-
minus tam Petri dicere mus omnes quam
Christi, 1. Cor. I. 12. si Petrum Christus Prin-
cipatus sui in omnes voluit esse Vicarium?
sic qui Pontificem pro capite, & Christi
Vicario in terris agnoscunt, meritò non
detrectant ut a suo Pontifice vocentur Pon-
tificii. Et dum Paulus suam & Apollo di-
gnitatem elevat, Qui est Paulus, qui Apollos,
inquiens, nisi ministri per quos credidistis? &
cuique sicut Dominus dedit. Ego plantavi,
Apollos rigavit, sed Deus incrementum de-
dit. Itaque neque qui plantat, est aliquid,
neque qui rigat, sed qui incrementum dat
Deus, 1. Cor. III. 5. 6. 7.

Nonne tacitè Petrum etiam inclusisse censendus est : siquidem hinc id ipsum de Petro quod de se & Apollo concludere voluit. At quis ferret, summum Ecclesiæ Principem, & Christi regnantis Vicarium ita deprimi ? Quid negas Paule , gloriandum esse cuiquam Christianorum in Petro, suo principe ? *i. Cor. III. v. 21.* Omnia enim, addit, sunt vestra, sive Paulus sive Apollos, sive Cephas, sive mundus , sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura, omnia vestra sunt, vos autem Christi , Christus autem Dei. *v. 22.* Quid turbas & invertis rerum Ordinem Paule : cur de gradu inter Ecclesiam & Christum medio Petrum dejicis ? Et Ecclesiæ Principem infra Ecclesiam collocas ? Nempe ministrum esse Ecclesiæ Petrum credebat Paulus, non Principem. Quo circa ista quæ dicit Vir Doctissimus non sunt conformata ad exemplar principatus alicujus quem Petrus instituto Christi habuerit in Apostolos ; sed conformata sunt ad hujus seculi Principatus , & Monarchias, planè contra apertissimum Christi præceptum, *Matth. XX. 25.* *Marc. X. 42.* *Luc. XXII. 25.* &c.

At

At Petro, inquiunt dixit Christus, Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, *March. XVI. 18.* : idque ut significaret, Petri nomen illi ante jam imposuerat, *Marc. III. 16. Job. I. 44.* Petram Ecclesiae constitui Petrum, propterea quod ipsius de Iesu a mortuis resuscitate, & in regiam in cælis maiestatem evecto, constanti & immortale prædicationi ac testimonio, Ecclesia tanquam solidissimæ petræ inici deberet, res ipsa docet. Præ cæteris autem Apostolis, & Petro istud dixit Christus, & Petri nomen imposuit, quod præ cæteris in hac prædicatione ac testimonio, insignis & eximia esset futura Petri auctoritas: non propter jus aliquod singularis in coeteros imperii, sed propter ea quæ aliquin muneris & officii ratione paribus, majorem conciliare solent nominis gloriam. Et ut alia in Petro omittam, ipsâ vi faciendorum miraculorum, quod huc maximè pertinet, præ cæteris omnibus videatur claruisse. *Act. V. 15.* Sic Petro nominatim Evangelium circumcisionis, sicut sibi Evangelium præputii creditum esse dixit Paulus, *Gal. II. 7.* quamvis cæteris undecim

idem Evangelium quod Petro esset commissum. Sic Iacobo & Joanni fratribus imposuit Christus nomen Boanerges *Marc. 3. 17.* filii tonitruis; non quod hi soli, sed quod iij præ cæteris, & insigni quadam ratione isto nomine digni essent. Idcirco Paulus cū de Ecclesiæ ædificio illiusque fundamento loquitur, Apostolos nominavit, *Eph. 2. 20.* quin iis addidit & Prophetas. Apostolis dignitate proximos, quod & istorum insundandâ Ecclesia, & in testimonio de JESU perhibendo, proximæ Apostolis esset auctoritas. Et muro novæ illius Jerusalæ, quæ Ecclesia est ex Judæis collecta, duodecim fundamenta tribuit Joannes, quibus duodecim Apostolorum nomina sunt inscripta, *Apoc. XXI. 14.* quæ singula lapides pretiosos diversorum generum fuisse memorat *v. 19.* Nimirum & Apostoli omnes lapides pretiosi sunt, & aequali robore ac firmitate murum hunc sustinent; quamvis ut inter lapides pretiosos evenit, aliis alios præstantia videant. Porrè res ipsa loquitur, neminem Petro in officio Petri succedere potuisse. Petra enim Ecclesiæ, cui Ecclesia fidem suā de J. Christo in ædificet, no-

non esse potest nisi qui Iesum à mortuis resuscitatum oculis suis viderit, & ut hoc testaretur, ab ipso Iesu vocatus & missus, & tanta vocationi ac legationi competentibus donis instructus fuerit: proinde qui non dignitate sanctum, sed etiam tempore, omnes alios credentes antevenererit: ut & in ædificiis fundamenta primò omnium posse solent. At qui & ipse petrus huic innicitur, fideiq; sine firmitatem ad petram hanc refert, quia etiam longo post tempore petrus huic inædificatus est, quo pacto petram se esse dicet? Quin potius lapis est in Ecclesiæ ædificio huic petrus superstructus, tanto remotior à petrâ, quanto in Ecclesiæ structurâ posterior. Et siquidem se esse in Ecclesiâ, quatenus à Petrâ & fundamentis suis distinguitur, neget profectò, cum Ecclesiæ Petrus esse non posset, eo ipso se ad Ecclesiam pertinere negabit, quæ petrus huic à Christo positæ ab eodem Christo inædificata est. Mirum autem est eos qui se Petram Ecclesiæ post Petrum esse dicunt, non etiam Petri nomen usurpare, idq; adeò, ut ne uno quidem ex illis in tanto numero inventus sit qui se Petru appellari voluerit.

quamvis quisquis pro arbitrio nomina mutent; cum Christus ipse ad hanc Petræ dignitatem significandam Petri nomen repererit. Nimirum ita fieri par erat, ne nomen Petri gererent, qui Petra Ecclesiæ esse non poterant.

Claves regni cœlorum quas Christus Petro dedit, exactâ rerum divinarum & ad salutem pertinentium cognitione continentur, quarum beneficio regnum cœlorum aliis aperitur, aliis clauditur. *Luc. X. 52.*
 quas certè cum Petro cœteri quoque Apostoli, ac in primis Paulus, nemini coelesti sapientiâ secundus, *Eph. III. 3. 4. 2. Pet. II. 15.* habuerunt communes, & ab Apostolis accepit ac servat vera Christi Ecclesia, quæ est columnæ & firmamentum veritatis. *I. Tim. III. 15.* Potestas solvendi & legandi, est potestas de singulis judicandi, quam Christus non tantum omnibus Apostolis dedit, *Job XXI. 23.*; sed etiam Ecclesiæ *Math. XVIII. 17. 18. I. Cor. V. 13.* imo Ecclesia ab Apostolis constituta, ne ab Apostolis quidem solis sine Ecclesia fuit exercita, sive in excommunicandis à regulâ discedentibus, sive iterum in Ecclesiæ gregium recipiendis

piendis, 1. Cor. V. toto capite; 2. Cor. II. v. 7, 8.
2. Thess. III. &. 14, 15.

Agnoscit Vir Doctissimus Papas injura Episcoporum imò & Regum involasse. Addere debebat, in ipsas Christi leges & instituta: inque eos qui ipsorum conatus adversati sunt, horrendum in modum faciisse. Unde apparet quām invalidum & inane sit quod huic rei apponitur remedium, nempe ne in talibus obediatur: quasi verò ab omnibus contra hujusmodi illicita imperia exercitus opponi possint. Sicut multi Imperatores, & avorum memoria Carolus V. Imperator, contra ejusmodi iniquas usurpationes, armis & copiis secesserunt. Præstiterat igitur neminem in Ecclesiâ ad tam sublîme rerum fastigium evexisse, quam subtractâ ullis in rebus obedientiâ, orbem terrarum non Concilio-rum tantum concurbationibus sed bellorum etiam tumultibus, & sàpè incassum concutere. Nam ubi semel tantam potestatem concederis, quis illi finem statuet, aut quis moderabitur? Rex ille regum Christus, Monarcham civilem Romanorū cœravit, ne nimirum gravis Veritatis Professo-

fessoribus semper incumbet; & idem ille in ipsâ Ecclesiâ suâ unius hominis dominatum erigeret? Neque sibi quisquam Ecclesiam individualis simul & emendatiorem pollicetur quamdiu Tyrannis conscientiarum in illâ exercebitur, quam tantæ potestati, sine maximâ rerum omnium perturbatione quis eripiat? Nisi fortè ipsam et sponte eam è manibus dimittat, id est sibi ipse exitium struat. Nam sicut tanta potestas in Ecclesiâ sine vi externâ parari non potuit; sic sine eadem conservari non poterit.

Concordia regni & sacerdotii, quid aliquid evincit, quam quod sicut omnium gentium unus Rex in terris esse non potest, sic neque omnium Ecclesiarum & Sacerdotum unus in terris Summus esse potest Sacerdos. Nō cadit tanta dignitas in hominem mortalem. Et idcirco Jesus Christus ad cœlestem majestatem exectus est, ut omnium populorum & Rex summus Sacerdos esset. Et sicut Ecclesia, quia spirituale regnum est, spiritualem nec visibilem habet Regem; sic quia spirituale est sacerdotium, spiritualem etiam non visibilem habet summum Sacerdotem,

Prin-

Principates nomina in Ecclesia, quatenus Ecclesia est, usurpare, à Deo non est. Utamur potius nominibus à Spiritu Sancto dictatis, in quibus nulla est ambitio, nulla dominandi illecebra, Seniorum, Episcoporum, Ministrorum, quæ summa Ecclesiæ libertatem, & dignitatem, & eorum qui præsunt modestiam ostendunt. Seniorum & Episcoporum alios tuisse Seniores & Episcopos in Ecclesia illâ prima & sanctâ, non legimus, & cur essent nulla erat causa, cum ad Episcopatum non nisi Sanctissimi, & tanto munere dignissimi eligerentur eligique debeant. *I. Tim. III. Tit. I.* Et si quid in Episcopo corrigendum incidisset, sua cuique sufficeret Ecclesia: aut si hoc parum erat, facile plurium Episcoporum conventus, id est Ecclesia ex Ecclesiis selecta, agi posset. Paulus certè Titum in Cretâ reliquerat, ut oppidatim Seniores constitueret: *Tit. I. 5.* id est ab Ecclesiâ electos & nominatos precibus & manuum impositione consecraret. *Act. VI. 6.* Ut vero Seniorum istorum rursus alium constitueret Metropolitâ, aut primatem, nihil Paulo memoratū legim⁹. Nimirum postquam Ecclesiæ

mores labi cœperunt, dominatus in Ecclesiâ enasci cœpit, qui cum vitiis crevit, iisq; ad summum pervenientibus & ipse justo Dei judicio ad summum pervenit.

Angelorum nomen Episcopis Ecclesiârum in Apocalypsi tributum longè modestius est quam Principum: nec Angeli dominantur hominibus, præsertim Christianis, sed Deo ex Dei mandato hominibus ministrant. *Heb. 1. ult.* Idem & Episcoporum officium est. Angelus apud Malachiam cap. II. 7. vocatur quisque ex Sacerdotibus, non is tantum qui Sacerdotum erant Princeps. Levi enim nomine, v. 4.5.6. totum Sacerdotum Collegium intelligit, & v. 8. statim Sacerdotes omnes in commune alloquitur.

Summum hunc apicem, universali Ecclesiæ consensu, Romæ collocatum esse, probari non potest: cum & aliæ Ecclesiæ cædem ambitione fuerint vexatae, nec unquam primatum hunc Romæ sedi, rebus suis ex voto fluentibus concessuræ. Nec profectò quæ afferuntur causæ universaliter consensi gravitate suâ consentiunt. Idcircone Roma, summa Ecclesiæ sede honoranda

moranda fuerat, quod duobus maximis Apostolis Ecclesiam orbasset, & duo hæc lumina ex Ecclesiæ corpore effodisset? Et ut locus iste durante isthic Romani Imperatoris sedē, spargendo in omnes terras Evangelio fuerit idoneus, at regendis Ecclesiis, & retinendæ compagi quærendas erat multo quietior, & magis ab universi Orbis strepitu remotus. Præsertim qvum summo omnium Ecclesiarum Antistiti nusquam solitudo metuenda esset. Et si huic summum Ecclesiarum apicem gentium ille & populorum undique concursus Romanum attraxerat; profectò translatâ aliò Romani Imperii sede, etiam hunc transferri parerat: Imò majestate illâ Romani Imperii in plures Reges dispersâ, quid est quod eum Romæ retinere poterat? Quia potius fatemur id quod res est, Romanam Ecclesiam illiusque Antistites, urbis suæ fastum imitatos esse, ut se non minus Ecclesiarum omnium caput ferrent, quam illa se urbium omnium ac orbis caput ferebat, Terrarum Dea gentiumque Roma. Sicut omnium in terris exercituū, omnium quotquot sunt ubique classiis, unus Imperator unus gubernat.

bernator esse non potest; sic multò minus
 omnium Ecclesiarum uaus præter solum
 Christum cœlestem Dominum esse potest
Ancistes. Præpositorum gradus qui in u-
 dum desinant, in exercitu, in navi, necessa-
 riū sunt, quia exorcitus & navis sine impe-
 rio regi non potest: ideoque multitudo
 ut tanto facilius & commodius regatur, per-
 istos gradus veluti in paucitatem redigen-
 da est. At Episcopus qui non imperare,
 sed præire debet Ecclesiæ, eamque non
 externâ vi cogere, sed sponte & ultro se-
 quentem ducere, non minus sine ullis præ-
 positorum gradibus regere potest Eccle-
 siam, quam pastor gregem oviam. **Quod**
 si unus Ecclesiæ alicui regendæ non suffi-
 ciat, plures operas suas sociare possunt,
 non tanquam alii aliis potestatis gradibus
 superiores; sed tanquam onus inter se par-
 titi, cum mutuâ sūt inspectione & obser-
 vantia, omnis Domini, qui Christus est, mi-
 nistri. *Matt. XXIV. 45. Et.* Atque hæc est
 Christianæ fidei vis, ut multorum animos,
 sine ullis præpositorum gradibus ad per-
 fectam unitatem perducat, *Act. IV. 32.* Hoc
 ipsa quod de particuliari quavis Ecclesiâ
 dici-

dicimus, ad universalem quoq; Ecclesiam
 referendum est, quæ plorium Episcoporum
 & Presbyterorum sub uno capite Christi
 diversis collegiis, diversis orbis partib; et
 dem regiminis formâ gubernari potest: et
 toq; magis eadem, quanto magis se & Chri-
 sti & Ecclesiaz subjectos esse meminerint.
 Unitas Ecclesiaz quæ summè libera est, no-
 cõtinetur multis præpositorū gradibus, qu;
 in unum in terris summa definiant, quo
 vel cogitare est nefas; sed ut sub uno Chri-
 sto, una Christi doctrina, uno spiritu, uni
 charitate, multisq; ministeriis gubernetur
 Phil. II. 1. 2. 3. Sic membra sub uno capite
 sic fratres sub uno patre, sic servi sub un-
 Domino, sic oves sub uno Pastore uni-
 tatem retinent, quamvis nulli sint in
 hâc unitate gradus. Neque enim Chri-
 sti Ecclesia terrenum est regnum, u-
 tercetis regatur modis ac consiliis; se-
 tota illius gubernatio coelestis est, null
 extera coactione, sed sola in Chri-
 stum fide constat. Hæc si totum cor-
 pus animet, omnes & scatores & ja-
 niores officium promtè facient; hæc
 absit, & simulatio, ambitio, avaritia

amc

amor præsentis seculi, animos occupent,
 omnia pessum ire ac ruere necesse est. Et
 qui in Ecclesiâ sunt gradus non superioris
 & inferioris potestatibus, sed majoris vel
 minoris ministerii sunt gradus; Neq; enim
 quisquam suum aliquid suoque nomine
 aliis imperat, sed Christi, neque aliis magis
 quam sibi: quin eorum quæ aliis præcipit,
 ipse primus ac diligentissimus executor
 esse debet: ut merito Petrus dominari cle-
 ris, & typum esse gregis, inter se opposue-
 rit. 1. Pet. V. 3. Quin & in præcipiendo ac
 moneando summam adhibere debet erga
 omnes modestiam, erga quosdam etiam
 reverentiam 1. Tim. V. 1. 2. 2. Tim. II. 24. Mi-
 nisterium autem maximum olim in Eccle-
 sia erat Apostolorum: nunc postquam ad-
 miranda illa dona cessarunt, Episcoporum
 est, qui laborant in sermone & doctrinâ.
 1. Tim. V. 17. In collegio eorum qui juris
 vel ministerii potestate pares sunt, unus
 esse potest qui totius collegii consensu con-
 sultationibus præsit easque dirigat, decreta
 etiam, si quæ per ipsum exsequi oporteat,
 collegii nomine exsequatur: adde etiam
 alios convocandi ius sibi à toto Collegio
 con-

concessum habeat: proinde & in Collegii consensu primus sit. Sed potestatis hujus delatio ex Collegio arbitrio tota pendet, & extra collegium nullus illius est ulius, nec in ministrorum Ecclesiae conventu deferri cuiquam debet ex loci in quo Ministrum agit, dignitate, multò verò minus ex ambitione: sed ei qui hoc munere sit dignissimus, & ad illud obcundum aptissimus. Etsi plures sint tales etiam electionem variis temporibus variare expedit. Talem si quis Petri in Apostolorum Collegio fuisse, & in quovis Ministrorum Ecclesiae conventu, esse debere dicat, euidem non pugnabimus. Neque enim hæc potestas est superioris in inferiores; sed peculiaris quædam dignitas, & officium inter pares: quam si primatum aliquem vocare libeat, concedamus sanè, dummodò constet, in Ecclesia primati isti ejusve exercitio nullum inter Ecclesiae Ministros, nisi in eorum Collegio & conventu esse locum, neque cuiquam demandandum esse, nisi in Collegio, qualem Petrum inter duodecim Apostolos fuisse credibile est, dignissimo.

Huc verò Primatum Christum inter Aposto-

Apostolos instituisse, & Petro contulisse,
 nullam veri speciem habet ; quippe qui
 semper de primatu contendentes repre-
 serit, & humilia sequi docuerit, cuius illa-
 sunt verba , *Qui volet inter vos esse primus sit
 omnium servus.* Marc. X. 44. Itaque Chri-
 stus suos in modestia, in humilitate, in ser-
 vitate mutuâ semper detinuit ; sed dona in
 eos contulit varia, ex quorum dignitate ac
 præstantiâ, liberum illis fuit eligere, quo-
 ties erat opus, collegii sui quem vellent
 præsidem.

Necessariis Seniores erant in Ecclesiis,
 inter quos præciput qui operam Ecclesias
 manabant in sermone ac doctrinâ. 1. Tim. V.
 17. Angelus in Apocalypsi vocatus pri-
 marius Episcopus, cujas præcipua cura de-
 mandata erat Ecclesia ; qui non potesta-
 tis superioris gradu, sed donorum & mini-
 sterii, cæteris pollebat, Ecclesiâ tamen ;
 quippe illius minister, longè inferior, &
 non minus aliis omnibus, cum opus esset
 subjectus, quam præpositus. **Quem coe-**
tus principem vocare, seculi phrasis est,
non scripturæ nec modestiæ Christianæ.

Titus in Cretâ Metropolitam non egit;
sed

Sed cum munere Evangelistar, qui Comites erant Apostolorum fungeretur, iussus est ab Apostolo in Cretâ constituere oppidatim Seniores, qui regerent Ecclesias, Tit. I. 2.5. quibus ex Apostoli præscripto constitutis, & rebus omnibus in ordinem sedactis, haud dubiè ad Apostoli reversus est comitatum.

Posse à paucioribus plurium Ecclesiæ corpus regi, persecutionum præsertim tempore, quo non facile ordinarii Ecclesiæ conventus agi possunt, negandum non est: dummodo uni homini, divinis illis viris è medio sublati, res tanta non credatur: & sicut à superbis Exarcharum, Primate, Patriarcharum, principum titulis; sic multo magis à rebus ipsis, id est, omni ambitione, fastu ac dominatu abstineatur. Quod fret, si isti se se Ecclesiis, carumque Ministeris vicissim subjectos esse agnoscent & fatebuntur, rationemq; administrationis suæ iis reddere, eamque ex corum arbitrio & voluntate suscepitam, rursus deponere, semper parati sint,

Ecclesia alia super aliam se extolleret nō debet, nec principalitatem ullā sibi, aut

eminentiam arrogare, non magis quam Ecclesiarum Ministri alii supra alios , aut quæcum membra in uno corpore , alia supra alias . Hinc, ut Apostoli verbis utar , que putamus ignobiliora membra esse corporis , his honorem abundantiorem circumdamus , & que in honestas suæ nostra abundantiorem honestatem habent : honesta autem nostra nullius regent . Sed Deus temperavit corpus , ei cui deerat abundantiorem tribuens honorem , ut non sit schisma in corpore , sed idem pro se invicem sollicita sint membra . i. Cor. XII. 23. eccl. Nec quicquam est quod à se invicem magis divulserit Ecclesias , mutuâ carum charitate soluta , quam ista per tot dignitarum & ambitionum gradus affectata unitas : ex quâ factum est ut alii pro aliis inflarentur contra alios i. Cor. IV. 6.

Irenæus principalitatem Ecclesiæ Romanæ , & illius Antistiti universalem inspectionem tribuens , errore seculi abreptus est . Quod non mirum , cum Pauli ipsius tempore mysterium iniquitatis jam esset in opere . Quasi vero parum habuerit Romanus Antistes , dare operam ut Ecclesiam suæ bene præcesset , nisi ad suam curam & inspectionem totius Orbis revocasset Et Ecclesiæ,

clēsīs. Niūrūm nōn alia rē nobis pē-
 perit istos ī Ecclesiā p̄incipū gradus,
 qui tandem ī uno summo desinērēnt,
 qvām quōd ut apud aliquam Ecclesiā ex
 diuinis illis Viris, à quib⁹ prima illa Eccle-
 sia & fundari & ordinarī debuit, e vita ex-
 cessit, iste statim fuerit, qui illius munus,
 quamvis cœlestib⁹ donis, & vocatione
 īpar, exindē sensim & dominationem ī
 Ecclesiā, illiusque titulum arriperet. Mor-
 tuo alicubi Evangelistā, aut Prophetā, aut
 Apostolo, statim erant qui eandem in Ec-
 cleſia dignitatē, & plurimū Ecclesiārum
 curam ad se rapereat. Quod maximē ī
 Romana accidit Ecclesiā, cuius Antistes
 duorum maximorum Apostolorum hære-
 dicatē ad se putavit pertinere. Hoc nī-
 mirūm illud erat, quod uterque istorum
 summorum virorum sollicitē cavendum
 monuerat, ne quisquam saperet ultra quām
 sapere oporteat, sed saperet ad sobrieta-
 tem: unicuique sicut Deus divisiſ mensu-
 ram fidei. Rom. XII. v. 3. Nempe quos
 Deus simplices Ecclesiæ fecerat Epis̄co-
 pos, non debabant sibi arrogare munus
 Evangelistar̄, multo mīnus Prophētar̄, mul-

to minus Apostoli, multo adhuc minus dum
rum summorum, immò reverâ omniū Apo-
stolorum. Undè postmodum ad tantam
superbiā in deuentum est, ut Majestate Re-
gum & Imperatorum omnium sc̄e superio-
res crederent, postquam capita, quod Apo-
stoli non fuerant, Ecclesiæ , sc̄e credide-
runt. Nimirum membrum quod in cor-
pore Deus aurem fecit, oculum se facere
non debet, aut quod fecit pedem , facere se
non debet manum : sed habentes, ut ipsius
Apostoli verbis utar, donationes secundum
gratiam quæ data est nobis differenter , in
his maneamus & Ecclesiæ inserviamus.
Rom. XII. 6. 1. Cor. XII. totū capite. Epb. IV.
> II. 1. Pet. IV. 10. 11. Hoc si omnes qui-
bus post Apostulos, Prophetas, Evangelii-
tas, Viros illos divinos, Ecclesiâ jam op-
rà illorum constituto , cura fuerat com-
mendata, cogitassent, nunquam hos in Ec-
clesiâ Principatum gradus, qui tandem
in apertam evaserunt tyrannidem , & im-
mensam superbiam , cum totius Ecclesiæ
Christianæ deformatione coniunctam ha-
beremus.

Aristocratia in Ecclesiâ nulla est : sed Monarchiâ tantum. Quod si quid ex usu rerum & temporum constituendum est, sine totius Ecclesiæ scitu fieri id non debet. Vide *Ad. XV.* Unde qui in Ecclesiam Aristocratiam, illiusque principem induunt, Christi & Ecclesiæ majestatem vivunt. Ammianus Marcellinus, quia paganus, idcirco dixit id quod res erat, Episcopos Romanos, idcirco auctoritate potiores habitos, quod Romane urbis essent Episcopi. Nimirum sicut ipsa urbs viis & exercitatu & maiestate aquabatur ; sic & illius Episcopi tantum supra coeteros eminere conabantur quantum Roma

- - - alias supra caput extulit urbes. Primatus hic, quia in Ecclesiâ nec necessarius est, nec utilis, nec licitus, nec ab homine mortali, nisi solius hominis vanissimâ ambitione sustineri potest : idcirco sine tyranno terrere, nec exercitus fuit, nec exerceri potest. Episcopus vero eo ipso sua jura non conservat, dum se his omnibus superiorum facit,

Schismata aliqua auctoritate Romana
edis esse sanata, mirum non est: cum tecum
naturae aliquando usus bonus esse possit.
Etiam ex venenis confici solent pharmaca.
Schismata ex ipsa Romana sede orta, non
tantum orta sunt ob electiones controver-
sas, sed etiam ob affectatum & exercitum
in omnes Ecclesias Principatum, in modo ty-
rannidem. Causa cur qui opinionibus dis-
sident inter Catholicos, maneant in eodem
corpore, non raptâ communione; contra
qui inter Protestantes dissident, idem non
faciunt (nam facere si vellent, possent) hæc
est quod Catholicî magis reverântur suum
in terris Ecclesiæ Principem, quam Protesta-
ntes eum qui in celis est. Sed sicut hæc
irreverentia, & ex eâ profecta Schismata,
victam nos effugient suore tempore pernamus;
sic communionis illa potentia ex terrenis
causis, & ex reverentia illiciti in Ecclesia
dominatus orta, Deo placere non potest;
præsertim cum in communione illa multa-
rum injustarum & Dei displicentium re-
rum continetur societas. Idcirco, ut schis-
mata vitemur, inducendus non est in Ec-
clesiam hominum dominatus. Praestat
enim,

enīm, imō oportet, inquit Apostolus, non Schismata taacum, sed etiam hæreses eis inter vos, ut qui probati sunt, manifesti fiant inter vos, & Cor. II. 14. quām ut Dominiū aliquem imponamus Christi Ecclesiaz, quo nihil illi potest esse pernītiosius.

Ordo continetur principatu quodam, sive præpositi unitate. Benē est. Incipiamus. igitur à Christo Ecclesiaz capite, & corporis istius membra, non per gradus præpositorum, qui in corpore nulli sunt præter unum caput, sed per gradus donorum dñinorum, & ministeriorum, ut ante diximus, numeremus: primum Apostolos, deinde Prophetas, tum Evangelistas, tum Pastores & Doctores, & quæ sunt alia sanctissimorum ministeriorum nomina, tandem Ecclesiaz, & in Ecclesiis singulos Christianos. En Ordnem verum. En corpus Ecclesiaz, ex tot membris sub uno capite compaginatum.

Non Petri unicas cohibuit sanctos illos Christianos à schismate: / Hæc inventa sunt ad palliandam principatus in Ecclesia unitatem) sed omnium Apostolorum consensus hoc effecit, ut omnium Apostolo-

rum discipuli unum essent, quia Apostolos à quibus veritatem cœlestem hauserant, unum esse videbant; Non in uno Principe, sed in uno Spiritu & doctrinâ. Nam cujusque Apostoli discipuli, nihilo se inferiores putabant cæteris. Nec vero etiam ipsos Apostolos à schismate continuit aliquis iater ipsos Principatus: quem sciebant ac meminerant quo pacto Christus fuerat detestatus; sed Spiritus Sancti vis, & illorum summa modestia, & ab omni principatus affectatione animus alienissimus. Quocirca iste capitum ac præpositorum ordo in Ecclesiâ esse non debet: sicut ob alias causas gravissimas, tūm ob id ipsum sic invehat Schismata imò & hæreses, Quasi vero & partium plurium inter se & illi totius corporis coagmentationi, non sufficiat unum cœleste caput: imò vero nullum aliud sufficit, nisi cœleste. Hujus solius exsors est potestas: carerorum omnium, Ecclesiæ est subiecta.

De Imperatoribus, & Regibus & Conciliis supra egimus. Etiam sine diaxéris πανμάτω, quæ olim in Ecclesiâ fuit, siambikia ceteraque vicia absunt, quæ in magnis urbibus

urbibus maximè vigent, eligi ad munera Ecclesiastica possunt, viri & sapientia & morum integritate conspicui: imo sine tute uita ruror diuaginari cligerentur. Ecclesiæ rum Seniores, ex illâ, quam Paulus tradidit normâ 1. Tim. III. Tit. I. c. Malum malo trahitur. Principatus isti in Ecclesiâ totius & traditiones in Ecclesiam invexerunt, contra fidem & libertatem à Christo datum, ab Apostolis traditam: quod nunquam accidisset, si Episcopi & Seniores, suam quiq; Ecclesiam, nullo admisso in se superiore principatu, secundum normam ab initio traditam, rexissent. Ita sublatis hominum traditionibus, Ecclesiam totam in sanctis moribus, & charitatis Christianæ operibus occupatam haberemus.

Apostoli quæ instituerunt aut probaverunt, talia sunt, ut & fidei Christianæ, & libertati, & spirituali ac rationali cultui, conveniente universa: quocirca quæ talia non sunt, pro Apostolicis haberi non debent. *Nos spiritu & fide, inquit Paulus, spem justicie expeditamus.* Nam in Christo JESU neque circumcisio quicquam ualeat (quanto vero minuz alii omnes exteriori ritu)

neque præputium, sed fides per charicatem efficacem.
Gal. V. 9. 6. Et ab initio capitis ejusdem,
 In libertate quâ Christus nos liberos fecit, stete, nec
 iterum jugo servitutis implieamini. *Ex infra v. 18.*
 Si spiritu agimini, non es in sub loge, id est, plane
 liberi estis. At spiritus fructus qui sunt,
v. 22. docet: qui sanctis moribus non riti-
 bus continentur externis.

Verum est eorum quæ dixerant quæque
 scripsierunt Apostoli, parem autoritatem
 esse, sed quia multi pro Apostolis vendicarè
 poterant, etiam ipsis viventibus Apostolis,
2. Thess. 11. 2. Idcirkò divinâ providentiæ
 factum est, ut omnia ad salutem nostram
 pertinentia, indubitate eorum scriptis con-
 signarentur taliaque in iis exstantent dicta,
 ex quibus adulterina omnia & suppositicia
 facile dignosci possint. Quæ in Ecclesiis
 sunt introducta contra Christianorum spi-
 ritualem libertatem, & fidei dignitatem,
 etiamsi ad ejusdem observationem reducta
 fuerint, longè præstet abolere quam reti-
 nere. Per talia enim, populus semper ad
 externa pronior, à rebus spiritualibus, ad
 ea quæ re ipsâ nihil sunt traducitur, & pro-
 verâ pietatis ac veritatis noticiâ, supersti-
 tionis-

signibus imbutitur, & veritatis cognitione
 privatur: dum ea pro peccatis habet quæ
 peccata non sunt, & eorum vocationem pro
 singulari pietate reputat, quæ vitare nil
 incererat: quæ proinde non ornati Eccle-
 siam Christi, sed dehonestant, unitatem
 testantur, sed non in Christo. præterea læ-
 dunt libertatem. Quo pertinent quadra-
 gesimæ & aliorum dierum falsa jejunia:
 cum ne vera quidem jejunia pro lege per-
 petua vel etiam necessaria, imponi Eccle-
 siæ debeant. Paschatis festum suo tem-
 po-re celebretur, in Christianâ religione ni-
 bil refert. Unde apparet seculi illius in-
 robus divinis sapientia, quæ tantâ molc-
 videlicet in maximo Ecclesiæ discrimine
 laboravit, ut Paschatis festum transferret.
 Planè huc adferenda sunt quæ dicunt Apo-
 stoli de opere rituum abolito. Neque
 enim magna istorum parte tantum nos li-
 berant, sed omni & quilibet. Nulla au-
 tem est causa, ut cùm omni ritu Mosaico
 soluti simus per Christi gratiam, & per fi-
 dem, aliquo ullo obseretur ritu: præsertim
 cùm fides & libertas Christiana Mosaicis
 ritibus opponatur, non quatenus sunt Mo-
 saici

saici, sed simpliciter quatenus sunt ritus, & ad literam ac carnem pertinent, non ad spiritum. *Si quis est in Christo, nova est crea-
tura, vetera illa precerierunt, ecce nova facta sunt
omnia.* 2. Cor. V. 17.

An etiam ita pauci & faciles sint isti ri-
tus in Ecclesiam inducti, res ipsa loquitur.
Tot dies abstinentia ciborum (quos Deus
creavit ad participandum cum gratiarum actione
fidelibus. & iis qui cognoverunt veritatem t. Tim.
IV. 3.) tot fériis etiam alieoissimis tempo-
ribus, & quod multo peius est, cum cultu
ac invocatione mortuorum, deputat.
Quid confessiones illas & poenitentias su-
persticiosas, in exterminationem veræ poe-
nitentiarum repertas, commemorem? Quid
infinita alia? quæ tantum abest ut ad pietate-
m sine utilia, ut sub hac μορφώσει pietatis
omnis illius vis perierit. 2. Tim. III. 5. Je-
junant, & surgunt ebrii, confitentur & ani-
mo non sunt contriti, confitentur ut pec-
cent, peccant ut confiteantur, poeniten-
tiā agunt, & in peccatis perseverant, sa-
cros agitant dies, & nullo tempore profa-
nius vivunt. Christus humana dogmata &
præcepta dabant, & omnem eorum
quam-

(93)

quamvis speciosa sit, inutilem ac frustram
nem esse observationem, prophetæ ver-
bis docens, Mat. XV. 9., non ea tantum
intelligit, quæ cum divinâ lege pugnant
aut fundamentum habent in persuatione
plane falsâ atque noxiâ, quale erat de nor-
juvantis parentibus, v. 4.s.; sed & ea qua
per se spectata, nihil in se habent quod legi
divinæ adverteretur: quale erat, de qua
principalis questio erat instituta, ne quis
quam illotis manibus cibum sumberet, v. 2.
11. 18. 19. 20. Quæ omnia meritò Christus
damnat, quod onus non necessarium ho-
minibus imponant, & conscientias aggra-
vent, & quod pejus est, animum in
observandis Dei præceptis distrahan-
tissimum verò quod his talibus, qua
contra Dei Leges admissa sunt, vel tolli ve-
niunt posse credantur. Quod si talia sunt
lege viventibus imponere, culpâ non vo-
cabat, quid putamus, quanto crimine se
obstringunt illi qui sub Evangelio, in liber-
tatem filiorum Dei emissos, in servituten
redigunt? Pharisæi præceptum se hoc suum
præceptis morum prætulisse, aut certè a
quæste nō agnoscebant, certè nō magis quæ
Christi

Christiani id ipsum de suis traditionibus fi-
tentur ; & tamen eo res devenit, ut popu-
lus Christianus, citius homicidium & quod-
vis aliud scelus perpetret, quam ut diebus
prohibitis vescatur carnisbus. Nimisrum
ubi πάρεγγα istiusmodi perpetuâ lege sa-
cita sunt, ibi caveri non potest, quin πάρεγ-
γον fiat ἔργον, ac ἔργον habeatur in πάρεγγα
loco.

Apostoli consentiente Ecclesiâ ab omni-
bus servari volueret, præceptum de non
edendo sanguine, & idolothytis. Sed pri-
mùm non perpetuâ & immutabili lege, Ja-
dæorum infirmitati ex charitatis lège dâ-
tum id erat, quibus infirmiores fidem adô-
lescentibus, aut si penitus animum à fide
averterent, Christiana fides libertatem su-
am, repetitura erat & repetiit. Deinde da-
tum id erat non temere : neque enim te-
merè libertas, inæstimabile bonum prodi-
gi debet, sed gravissimâ de causâ; nempe
quod speciosissimas rationes haberent Ja-
dæi, quibus utrumque hoc præceptum de-
fenderent. Prius quidem de non edendo
sanguine, eâ ratione quam adduxit Vir
Doctoris, quæ ab ipsis Noz temporibus va-
luerat,

Demonij ministrantur.
Inserat, non apud Judeorum tantum majo-
tes, sed & apud alios Deum timentes. Al-
terum verò de non edendis idolothytis
idolorum averatio egregiè defendebat.,
præsertim quum ea quæ idolis immolare-
tur. *1. Cor. X. 20.* cum quibus Dei cultori-
bus nulla debet esse communio. Præter
hæc duo, tam plausibilibus argumentis de-
fensa, vide quam nihil in gratiam Judæo-
rum de suâ libertate remittere voluerunt
Christiani. Et si id apud Christianos im-
petrare non potuit Legis ipsius quamvis à
Deo olim datæ, autoritas, quid de Phariseo-
rum aut seniorum traditionibus, de mani-
bus puta , ante cibi sumptionem lavandis,
consebimus? Quas verò causas habuit Ec-
clesia , seu venius Ecclesiaz illi Principei
(nam frustra hæc culpa in Ecclesiam con-
jicitur, quæ servitute pressa gemit) ut pseu-
do-jejunia illa & alia his similia impone-
rent Ecclesiaz? quâ charitatis lege, quâ ar-
gumentorum specie, ad puerilias ista adacti-
tuat, idque ut eam non temporaria aliquâ, sed
eternâ lege firmarent? Quasi verò con-
cessum sit Ecclesiae, multò verò minus iis
qui eam ex Christi præcepto regere deben-
t.

concessum est, leges pro arbitrio ferre, ac libertatem Christi sanguine partam, constringere, & spiritualem cultum traditione rituum contaminare, & dum Christo sapientiores ac sanctiores esse volunt, omnia pessum dare. Ecclesia legibus à Christo datis obtemperare debet, & qui eam regunt, id agere ut his obtemperet; non vero pro libitu leges figere, ac refigere. Quocirca rectè fecerunt qui jugum hoc à cervicibus suis excusserunt, neq; huic iterum cervices suas inserere debent quibus id est integrum: At qui isthic vivunt ubi libertas ista sine scandalo exerceri non potest, præsertim qui etiam inter tales nati & educati sunt; ii libertatem suam ex usu aliorum moderentur, & ex charitatis lege aliis inserviant: dicti illius Apostolici memores, *Esa nos non commendat Deo, neq; enim si manducaverimus abundamus, neq; si non manducaverimus deficiemus.* 1. Cor. VIII. 8. Ita Paulus, cum liber esset ab omnibus, omnium se servum fecit, ut plures lucri faceret. Et factus sum, inquit, Iudeis, tanquam Iudeus, ut Iudeos lucrarer, iis qui sub lione sunt quasi sub lege essem, ut eos qui

sub lege erant lucrifacerem; iū qui sine
 lege erant tanquā m̄ sine lege esse
 (quācum sine lege Dei non sim, sed in lege
 sim Christi) ut lucrifacerem eos qui
 sine lege erant. Factus sum infirmis
 ut infirmus, ut infirmos lucrifacerem:
 omnibus omnia factus sum, ut omnino
 aliquos faciam saluos. Omnia autem
 facio propter Evangelium, ut particeps
 ejus efficiar. 1. Cor. IX. 19. Et. Et tandem
 totum hoc argumentum de libertate nostrā
 ex ædificationis usu moderandā, cōcludens;
 sive ergo manducatis, inquit, sive bi-
 bitis, sive quid facitis, omnia in gloria
 Dei facite. Sive offensione estote Ju-
 daicis & gentibus, & Ecclesia Dei: sicut
 & ego per omnia omnibus placebo, non
 quarens quod mihi utile est, sed quod
 multis, ut salvificant. 1. Cor. X. v. 31. Et.
 Hoc addo, æquum omnino esse, ut cūm
 nos in aliorum gratiam factis ipsis de liber-
 tate vestre ad amicos vobis riconfitemur
 et nos ad vos.

tate nostrâ cedamus, per illos vicissim no-
bis liceat, verbis saltem & professione li-
bertatem Christianam asserere : quô &
ipsi sensim bonum suum agnoscere inci-
piant.

Quod Vir Doctissimus addit, in applica-
tione legum istarum ad singulos requiri,
modo ~~enarrat~~, modo laxamenti aliquid,
argumento est, leges istas à Christo & A-
postolis non esse profectas. Nam Christi
& Apostolorum leges (per quas Christus
Ecclesiae, universam, eamque omnibus se-
culis immutabilem, cuique nec addi nec
destrahi quicquam fas sit, salutis æternæ ra-
tionem tradidit, *Act. XX. 20. 27. Gal. I. 8. 9.*)
cùm non ad literam sed ad spiritum perti-
ncant, tantâ sunt æquitate scriptæ, ut nihil
amplius moderaminis admittant, tantâ-
que perfectione, ut si quid laxes, totum
corrumpas.

Ad ARTICULUM VIIII.

Verissimum est Ecclesiam sese separare
debere à peccatore præposito. Nam
si id facere debet à quolibet Fratre pecca-
tore *1. Cor. V. 2.*, quanto magis à peccatore
præposito, qui cæxmplo suo longè magis
aberrat.

nocere potest Ecclesiaz, quām quīvis aliud
 multo etiam magis Ecclesia potestatem ha-
 bet sicut eligendi dignos præpositos, sic
 indignos recusandi. Sicut rectissimè in
 Epistolâ Cypriani LVIII. à Viro Doctiss.
 laudata, totius Syoodi Africæ nomine
 perscriptum est. Sed hæc, nisi Deus si-
 gulari suâ opere & Spiritus sui robore suc-
 currat, nullum habent usum in Ecclesia sed
 Principum Ecclesiasticorum dominatu in
 servitutem redactâ. Amorem & reveren-
 tiam Universalis Ecclesiaz, particularis Ec-
 clesia tantum abest ut pér id exuat, ut ei e-
 gregiè exemplo præluceat: nisi forte Uni-
 versalis Ecclesia propterea hovercam se eis
 præbeat, & tyrannidem in eam exercere
 velit. Sanctior disciplina nunquam in Ec-
 clesia obtinebit, frustraque eam optabimus,
 nisi prius doctrina, ex qua omnis discipli-
 na, sanctetur. Itaque qui sanctiorem optant
 disciplinam, optare etiam debent, idque
 etiam provirili agere, ut Ecclesiaz doctrinæ
 ab omni errore repurgetur.

Dei bonitatem non sivisse, ut Universalis
 Ecclesiaz doctrina corrumperetur am-
 bigue dictū, Nam si per Universalem istam

doctrinam intelligamus Scripturam Sacram, & Symbolum Apostolicum ab omnibus receptum, verum est quod dicitur: sed si intelligamus ea omnia quæ præter Scripturam & Symbolum Apostolicum universis persuasa sunt Ecclesiis, tantum abest ut ea in corruptam doctrinam contineant, ut nihil aliud sit, quam veræ & salutaris doctrinæ corruptelæ, justo Dei judicio peccata ulciscens, orbi Christiano iamissæ.

2. *Itheſſ. II. 10. 11. 12.* Quas non coargueret
sed bene explicare velle, quid aliud est,
quam erroribus patrocinari? neque ὅρθο-
ποδεῖν πρὸς τὴν αἱλύθειαν ἐσταγγελία? Unde
fiat ut innumeris infirmis occasio scandali
præbeat, quorum conscientia infirma (ut
Apostoli verba meritò huc accommodem)
ædificabitur ad persistendum in erroribus,
& peribit Frater tuus infirmus, super tuā
scientiā, propter quem Christus est mortuus,
1. *Cor. VIII. 10.* Væ qui dicitis malum bo-
num, & bonum malum, ponentes tenebras
lucem, & lucem tenebras, ponentes ama-
rum in dulce, & dulce in amarum. Væ qui
sapientes estis in oculis vestris, & coram
vobis met ipsis prudentes, *Eſa. V. 7. 20. 21.*

Quanto rectius facerent, si ingenii vim ac doctrinæ copiam, ingentia Dei dona, ad pacem faciendam clarissimæ veritatis lucem converterent, & interea tamen non permiscendo falsis vera, paci communè studecent, & Christianos omnes ad mutuam tolerantiam, & permittendam conscientiis libertatem cohortarentur.

Ad ARTICULUM IX.

Baptismus infantium verbo Dei confermis non est: cùm baptismus sit institutus ad pœnitentiam. *Math. III. 6. 11.* & exinde obtinendam peccatorum remissionem. *A&. XXII. 16.* ad profitendam in Christum & testandam fidem *Marc XVI. 16.* ad iniciandos in Patris & Filii, & Spiritus Sancti, seu in Christi nomen, (in quo & Pater, qui unxit, & Filius, qui unctus est. & Spiritus Sanctus, quo unctus est, compendio includitur) discipulos. *Math. XXVIII. 19.* : ad exuendum veterem hominem, & induendum novum. *Gal. III. 27.* id est ad hoc externo isto signo declarandum & designandum: cum baptismus immersione & emersione constaret, & baptizati vester exuerent, & alias induerent. Atqui ho-

rum, quae anima sunt baptismi, ac sine quibus baptismus mortua quedam & inanis est ceremonia, nullum in infantibus habent locum. Unde Christus: Qui crediderit, inquit, & baptizatus fuerit, salvus erit. *Mar. XVI. 16.*: Primum fidem requirens, deinde baptismum mandans. Propterea Philip-
 pus eunucio quem catechizaverat, interroganti, Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Si eredis ex toto corde, licet,
Act. VIII. 30. Ecce Petrus; Servat nos, inquit, baptismus, non carnis depositio fodi-
 um, sed bonae conscientiae interrogatio in Deum. Quasi dicat, non quatenus carnem abluit, seu quida ceremonia est; sed
 quatenus Conscientiam metu solvit, & facit ut Deum de suâ salute intrepidè interroget. Nimirum ideo, quod in baptismis
 de fide & abdicatione viciorum ac vita no-
 vitate interrogantur, affirmando responde-
 nt, idque hoc sacro rito firmant, & sese ad
 id faciendum obstringant. Mansit hæc
 interrogandi de fide consuetudo, etiam
 traducto ad infantes baptismi ritu; haud
 dubio argumento, in baptisandis semper
 requisitam fuisse antecedentem fidem.

At

At quām decet fānos homīnes, ex īfānte
 quārcrē, num credat, & alios pro īfānte
 rēspondere, credo? An si hēc simulatiō nō
 acceederet, īfāns salvus esse nō posset? Tam
 enī verū est īfāntēm credere, quām te
 qui interrogas, & te qui rēspondes īfāntēm
 esse. Cur igitur non & baptisariis pro īfān-
 te, si pro īfānte potes credere? Aut si pro
 īfānte credere non potes, cur te credere
 pro īfānte rēspondes? Et si īfāntēm sine
 fide salvari posse credis, cur non matēria-
 gis credis eundem salvari posse sine bap-
 tismo? qui sine fide nihil est. Quanto tatis fuc-
 zat, īfāntūm salutēm Deo committere, &
 Ch̄ristī exemplō, Deo, sine baptismo, cujus
 vim intelligere nondum possunt, oblatos,
 manus iis imponere, proque iis precari.
Mari. XVIII. 12. & vota suscipere, neque
 dubitare cum Paulo *i. Cor. VII. v. 14.*, san-
 ctorum, id est credentium, sanctam esse
 progeniem, & quāndiu parentibos suis
 nondum proprio rebore ab iis separati
 adhārent, pro uno cum parentibos hu-
 mane reputari, id eoque Parentū suorum
 fide ac sanctitate, propter Ch̄risti ob-
 dientiam servari: quā certè in infantibus.

Christianorum non minoris est efficacia ad eorum salutem, quam Adami & posteriorum peccatum efficax fuit etiam in infantibus, nullius commissi aut omissi reis, ad eorum mortem, Rom. V. v. 13. Quanto, inquam, satius id fuerat, quam baptismi ritum sine iis, quae ritus istius anima sunt, usurpare, & quae conjuncta esse debebant, a se invicem divellere, & baptismo alios fines constituere. Quod quo pacto Christus judicaturus est, nostrum non est pronunciare. Ideo nec eos qui infantes baptizant, damnare audemus: isto praesertim tempore, postquam haec consuetudo in Ecclesia adolevit, & tot seculis roborata est. Scimus Zelo quodam quamvis non secundum scientiam, baptismum properari. Indulgemus infirmis, qui ipsi baptismum perse, quamvis fides & cetera absint, vim quamdam salutarem, quae etiam in infantibus efficax esse possit, attribuunt. Patimus ritus, dummodo res ipsa maneat, quamvis sanctos & a Christo institutos, ab Apostolis & Apostolicis Ecclesiis usurpatos, alicui necessitatis legi, in Christianam praesertim religionem non subjici. Vicissim

ctiam

etiam nemo nos damnet, quod eandem libertatem, quam alii sibi in hoc ritu sumunt, nos usurpare non audemus: tutius ac religiosius arbitrati primis Christi & Apostolicis sanctissimis ac sapientissimis institutionis adhaerere. Nam Apostoli illud dictum; Non misit me Christus baptisare, sed Evangelium annunciare i. Cor. I. 17., de eo agit quod Paulus per se ipsum facere tenebatur, id autem erat ut Evangelium praedicaret; baptismum autem etiam per alios semper administrare poterat: quod se, quibusdam exceptis, apud Corinthios fecisse gaudet, ut scilicet ex eorum testimonio constaret posset, eos qui baptizati essent, non in Pauli, sed in Christi nomen baptizatos esse v. 14.

¶ 16. Alioquin enim baptismi administratio tanquam modus initiandorum discipulorum ac professionis Christianæ facienda, & à Christo fuit præceptus Math. XXVIII. 19. Marc. XVI. 16. & ab Apostolis usurpatus. Ad. II. 38.; & in Ecclesiis Apostolicis retentus, non tantum in iis qui aliunde ad Ecclesiam accedebant, sed & qui in Ecclesia nati & educati essent: quos in adultioritate, cum fidem jam haberent, eamque

& quæ fidet cohærent, profiteri ac testari, seque ad ea præstanda obstringere, ac facto ipso, Dei ope accedente exequi, id est vim baptismi intelligere possent, baptizari solitos fuisse, ipse Vir Doctissimus annotavit. Christi baptismus ad regulam revocari non debet, qui non suâ sed exemplitantum causâ baptismum à Johanne suscepit; nisi quatenus & ipse adultus baptizatus est & non infans. Cæterum ex iisdem quos Scriptura assignat baptismi finibus constat, eos qui ad vitæ finem olim baptismum differebant, non minus in altero extremo fuisse, quam qui infantes in ipso vitæ initio baptisandos putant. Nam sicut infantes vim baptismi non intelligunt; sic qui eum ad finem vitæ distulerunt, vim illius quam intelligunt exequi amplius non possunt. Frustra enim peccatis & seculi moribus renunciat, ac vitæ sanctitatem profitetur, cui morte omnis in posterum & peccandi & sanctè vivendi facultas præciditur. Igitur justum baptismi tempus est, ex quo quispiam in fide ac religione Christianæ institutus, vim illius, proinde & baptismi recte porcepit. Unde constat, omnia

Script-

Scripturæ loca, quæ de baptismo agunt, ad eos pertinere, qui Sacri istius ritus, non quatenus nuda & iordanis ceremonia est, sed quatenus rerum in animo ejus qui baptizatur latentium, externa professio est, capaces sunt : & eos tantum propter omissionem baptismum damnari, qui possunt ac contemnunt baptizari. Non secus atque damnantur qui fidem & charitatis opera non habent, quod quamvis ea habere possunt, non curarunt. At locus Joh. III. de regeneratione ex aquâ & Spiritu, ad baptismum planè non pertinet ; nisi quatenus baptismus regenerationis istius signum ac professio est. Regeneratio enim ista, animi renovationem significat, Rom. XII. 2. quam novi mores sequuntur, *ibid.* & quam in infantibus locum non habet, quam non aquâ fluminis quamtingimur, sed aqua coelitus defluens, quæ Spiritus Sanctus est, operatur : quem aquæ baptismi præsertim sine fide & omni intelligentia suscepimus copulatum non esse, vel ille docuit qui Baptiste nomen primus meruit. Matth. III. 11. Et in Ecclesiâ Christi post baptismum demum Spiritus Sanctus duci solebat; Ad. II. 38. Mar. figg. XIX. 5. o. Cornelio & qui in ejus domo

congregati crediderunt, etiam ante bapti-
smum datus est. *Ad. X. 45.* Paulus Christi
hæc apud Joannem verba optimè interpre-
tatus est. *Tit. III. 5.*

Ecclesiæ liberum esse ea quæ ad Sacro-
rum rituum essentiam, id est ad eorum
proprium modum & finem spectant, mu-
tare, iisque novos fines assignare, aut iis
qui finium verorum capaces non sunt ap-
plicare, concedendum non est. Nam
quod ad stata baptismi administrandi tem-
pora, aut locum, pertinet (in quo & flumi-
na & stagna, & baptisteria includenda sunt)
hæc in potestate Ecclesiæ esse, res ipsa do-
cet: illa autem non nisi à Domino suo ac-
cipere debuit, & prout acceperat, religio-
sissimè servare. Peccavit igitur Ecclesia,
cum baptismum rem sacram ad infantes
traduceret: non minus quam cum olim
Eucharistiam infantibus daret, quæ ab ipso
Domino ad mortis suæ commemorationem
in Ecclesiâ est instituta, quæ ab infantibus
fieri non potest. Cujus rei causa nulla
alia est, quam quod ipsis per se ritibus vim
quandam salutarem ac cœlestem tribueret,
quam propter ea nec infantibus denegare
opor-

operteret. Et sanè si id verum sit, mos ille
 Eucharistiam infantibus dandi, non magis
 evanescere debuit, quam infantes baptulan-
 di. Neque obstante Pauli verba: *Qui com-
 deret indignè, & probet seipsum. 1. Cor. XI. 27.*
 Ea enim tantum ad adultos pertinet, qui
 id facere possunt. Nam & baptismus qui
 Christianismi initiatio est, non minori reli-
 gione suscipi debet, & tamen id non obsti-
 tit Ecclesiaz quominus eum communicare
 infantibus. An igitur potestatem facie-
 mus Ecclesiaz ut erret, ut superstitionē agat,
 ut ipsis per se ritibus vim salutarem adscri-
 bat, cum vera pietatis & spiritualis vitæ de-
 trimento? Modum etiam baptismi reli-
 giosè servare debuit Ecclesia, nempè ut in
 illius administratione non adspergeret, id-
 que partem tantum corporis, sed totum ho-
 minem mersaret. Nam id & ipsa bapti-
 zandi vox significat, & sacramenti vis po-
 stulat. Totius enim hominis denotatus
 purgatio. Christianorum vero baptismus
 etiam in mortem ac sepulturam Christi su-
 scipitur. *Rom. VI. 3. Col. II. 12.* Mortis igi-
 tur ac sepulturæ sacramentum continere
 debet: quod sine mersatione fieri non po-
 test

test. Idem dicimus de adjunctis aliis in baptismi administratione ritibus. Quid hic facit eachus aurium? quid sputum? res in homine peccatora, cum Christo qui diuinam virtutem toto corpore spirabat, (Mat. V. 30.) & ipsum Spiritum Sanctum halitus dabat (Joh. XX, 22. se se componeat, & superba nimium & foeda. Quid unctio in fronte & vertice? quid denique manuum impositio, ab Apostolis peculiari privilegio circa eos qui iam plenè baptizati erant, adhiberi solita? Quid attinet inanes cumulare ritus, aut iis vim aliquam, quam nec ex scipisis, nec ex Christi institutione habent, attribuere, & populos superstitionibus imbuvare? Quæ sicut in tantis Ecclesiæ tenebris pacis causâ toleranda sunt, donec clarior Veritatis lux omnibus affulgeat; sic profecto à Viris sapientibus, & meliorum temporum in Ecclesia cupidis non merebantur defendi.

Quæ hic Doctiss. scribit de differencia baptismi Johannis à baptismo Apostolico, vera sunt, neque negari, nisi à præoccupatis & contentiosis possint. Johannes baptizabat in penitentiam, Apostoli, etiam in

In Christi, seu Patris & Filii & Spiritus S. nomen, inq; ea omnia quæ Christianâ pietate continentur, Joannis discipula longè perfectiora: ut apparet in Apollo. *Ad. xviii.* 35. In nomen certè Spiritus S. adeò non baptisabantur Johannis discipuli, ut nequidem an Spiritus Sanctus esset audirent, tantum abest ut Johannis baptismus Spiritus S. promissionem haberet: nam eos quorum isthic sic mentio discipulos. *Ad. XIX. 2.* existente jam Johanne, & expletto illius ministerio, baptismate Johannis fuisse tintos, conjectura est, nullo nixa fundamento: quod etsi verum esset, tamen aliâ formâ quam à Johanne traditâ baptizari non poterant. Non mirum igitur est, quod iterum à Paulo fuerint baptizati, nempe in nomen Domini Iesu, in quod antea non fuerint baptizati. *v. s.*

Denique Christus ipse, ut recte notavit Vir Doctissimus Johannis baptismate tingi potuit. *Mark. III. 15.* suo non posuit. Illud tamen negandum non videtur, non omnes qui Johannis baptismum suscepserant iterum Christi baptismo fuisse tintos. Unde acc. Apostolos à Christo fuisse baptizatos

tos legimus, & à quo baptizati fuissent, cum ipse Christus non baptizaret. *Johann. IV. 2.*
 Nec etiam ipsum Johannem vel suum vel Christi baptismum suscepisse constat: quia nec Apollos Joannis discipulus iterum baptizatus, sed tantum in viâ Dei accuratius institutus fuisse narratur. *A& XVIII. v. 26.*
 Nimirum qui ultra pœnitentiam illiusque fructus jam tantum profecerunt, ut JESUM crederent esse Christum, idq; semper professi fuerant, nihil opus habebant Christiano tingi baptismate: magno sanè docu-
 mento, Christianum baptismum à Johannis baptismate diversum, illoque longè per-
 fectius, nihil in se salutare præter fidem &
 pietatis Christianæ sanctissimam professio-
 nem, & quæ eam consequitur peccatorum
 remissionem continere.

Ad ARTICULUM X.

CHRISTUS nocte illâ qua traditus est, pa-
 nem quem sub finem solennis cœnæ,
 usitato Judæis more, acceptum, gratiis actis
 fregit, & dedit discipulis suis ut ederent,
 corpus suum esse dixit, mox pro nobis dan-
 dum & frangendum. Similiter & calicem
 quem cœnâ jam finitâ, eodem more sumvit,
 &

& gratiis similiter actis , discipulis ut ex eō
 biberent omnes porrexit, sanguinem suum
 Novi Testamenti, vel quod eodem recidit,
 Novum Testamentū in suo sanguine, mox
 pro nobis in remissionē peccatorum fuan-
 glandum vocavit. *Matt. XXVI. Luc. XXII.*
i. Cor. XI. Nullā aliā de causā, nec ullō
 alio sensu, quam quod panis iste, & calix;
 memoriale signum corporis Christi pro
 nobis fracti, ac sanguinis fusī, Novique
 Testamenti aeternis temporibus esse debē-
 ret, ipsomet Christo cūm panem daret, di-
 cente, *Hoc facite in mei commemorationem i. Cor.*
XI. 24. & cum daret poculum, *Hoc facite*
quotiescumq; biberitis (morem enim hunc ser-
 vatores ponit, & ut servent tacitē præcipit)
in mei commemorationem v. 25. Et Apostolus
 id ipsum confirmans subjicit ; *Quotiescumq;*
enim ederitū panem hunc, & calicem hunc biberitū,
mortem Domini annuntiatū, donec venerit. v. 26.
 Enī ritus istius sacri finem à Christo institu-
 tū, proinde totam illius quæ fine contine-
 tur rationem. Quem ritum profecto aliis
 ex causis apud Judæos usitatum pulcherrimè
 Christus ad mortis suæ cōmemorationem

H

&

& celebrationem retulit, (præsertim cum
& Judæi in solennibus coenis hunc morem
obeuntes divina beneficia commemorare
solerent) : Non solum enim fractus panis,
corporis Christi pro nobis fracti, & calix
sangvinis è corpore ejus effusi, egregium
Sacramentum est; sed etiam id ipsum quod
panem hunc edamus, & calicem bibamus,
Christi mactationem nobis exhibet, sincè
quâ nec corpus Christi edi, nec saugvis
bibi posset. Adde quod in pane & vino,
præcipuis vitæ nostræ alimentis, optimè
carnis & sangvinis, id est mortis Christivis
illa vivifica in omnibus qui carnem hanc
edunt & sangvinem bibunt (id est, ut Ar-
ticul. 3. exposuimus, vim hanc agnoscunt,
& animo complectuntur) sc̄e exserens
adumbratur, eo dum panem hunc sacrum
edere, & calicem bibere jubemur, eo ipso
ut carnem Christi edamus & sangvinem
bibamus, simul admonemur, cumque pa-
nem illum sacrum edimus, & calicem bi-
bimus, nos Christi carnem edere, & san-
gvinem bibere profitemur. Usitatum est
hoc in omnibus linguis, ut signa rerum,
maximè memorabilia, id ipsum esse dicantur

tur seu vocentur cujus signa sunt. Et inde hoc ipso argumento, crucis Christi simulachra illa quæ in compitis figi solent; crux Christi appellantur. Et ut ita loqueretur Christus, vel illud ipsum Pascha, cuius memoria celebrabat, & novi paschatis id est sui memoriam instituebat; exigere poterat. Agnus enim ille qui ritu illo comedebatur, Pascha seu transitus ideo vocabatur, quod transitus illius Domini in Aegypto signum memoriale esset, eo fine institutum, ut populus tanti beneficij divini memoriam æternis temporibus recoleret. Cum introierit (inquit Moses de hoc paschatis ritu agens) terram quam Dominus Deus daturus est vobis, observabitur ceremonias istas. Et cum dixerint vobis Filii vestri, que est ista religio? dicent eis, ultima transitus Domini est, quando transivit super domos Filiorum Israel in Aegyptos persecutions Aegyptios, & domos nostras liberans; Exod. XII. 25. seqq. Similiter de hoc sacro Eucharistiae ritu dicendum est, quod sit ritus corporis & sanguinis Domini; qui sese pro nobis mandatum præbuit, ut nos ab æternis liberaret interitu, & in vitam assereret sempiternam. Nec refert quod

H 2 100

res ista cuius memoria hoc signo primum
consecrabatur, à Christo nondum gesta
esset: nam nec transitus ille Domini factus
adhuc erat, cùm ritum illius memoriæ con-
secratum populus Iesu Christi primum obi-
ret. At illâ ipsâ nocte quâ ritus uterque
primum celebratus est, & Dominus in Æ-
gypto transivit, & Christus pro nobis tra-
ditus est. Qui ultrâ hæc quæ diximus, ali-
quid in hoc sacro ritu quærunt, & corporis
Dominici realem aliquam in illo præsen-
tiā, aut aicanam & incomprehensibilem
corporis & sanguinis Christi participatio-
nem cogitant; ii ex maximis difficultati-
bus & erroribus, nunquam se expedient.
Quâ de re vide quæ diximus Artic. III.

Vir iste Doctissimus cum vulgarem Ca-
tholicorum *Transubstantiationem*, atque Lu-
theranorum *Consubstantiationem* (utamur e-
nim barbaris vocibus, quando in ea Eccle-
siæ tempora incidimus) meritò improba-
ret; eorum autem qui se Reformatos vo-
cant, sententiam ad voces & loquendi for-
mas Catholicis usitatas accommodare vel-
let, Apostolicæ doctrinæ viam deseruit, &
frustra pacem atq; conciliationem Eccle-

siæ querit: quæ nunquam nisi traditâ ab A-
 postolis veritate, verâ & stabili concordia
 uniri poterit. Multa etiam & ambiguè, &
 adeò sive subtiliter sive obscurè dixit, ut in
 Christianâ simplicitate nullum habeant
 usum. Occasionem Viro Doctiss. dedit di-
 mia antiquorum Patrum, & illius in quo
 vixerunt Ecclesiæ (si modo eadem in o-
 mnibus totius Ecclesiæ quæ ipsorum sen-
 tentia fuit) reverentia: quasi nefas sit Pa-
 trum istorum, & Ecclesiæ illius dicta ac fa-
 cta ad antiquiorem id est primam illam &
 ab initio traditam Apostolicam normam.
 Scripturis Sacris proditam revocare. Cùm
 non alio fine divina providentia hæc quæ
 scripta sunt scribi, & incorrupta conserva-
 ri voluerit, quām ut ex iis quisq; salutarem
 doctrinam semper petere, & sese adversus
 errores munire, eosq; in aliis corrigere pos-
 set. Undè nec ullus error est in Christianâ
 religione, nec esse potest, qui ad normam
 hanc revocari, deprehendi, & corrigi non
 possit: dummodò nemo pertinaciâ & vi-
 cendi studium veritatis luci opponat. E-
 dimvero nisi antiqui illi Patres cum suâ Ec-
 clesiâ errandi initium fecissent, pun-
 quam in hæc errorum extrema justo

Dei iudicio deventum esset. Paucorum
dominatus in Ecclesiâ, codicum Scripturæ
inopia, animus Judæorum gentilium Phi-
losophorum institutis imbutus, lingvarum
ac phrasium quæ Apostolis in usu erant in-
scitia, mens in superstitiones prona, mundi
peccata, effecerunt ut errorum morbi per
universum Ecclesiæ corpus brevi scie dif-
funderent, & subinde magis magisque au-
sti, tandem ad summum pervenirent.
Quibus frustra omnia alia remedia adhi-
bemus, nisi Ecclesiam omnem illum san-
gvinem quem aliundè quam ab Apostolis
hausit, aliquando emiserit. Sed ut ad eam
quæ hic Vir Doctissimus annotavit venia-
mus, primùm Justini ac Irenæi quæ citas
verba, nihil aliud dicunt, quām panem &
vinum postquam gratiæ sunt actæ, esse
corpus & sanguinem Christi, id ipsum
tempè quod & Christus dixit: Addunt
præterea pane isto ac vino, & sic Christi
corpore ac sanguine ali nostra corpora.
At quo pacto panis & vinum fiant Christi
corpus non explicant: quia tamen ita pa-
nem hunc & vinum, corpus & sanguinem
Christi esse dicunt, ut simul sit naturalis
nostra

nostra alimonia , & creatura quā nutrimur esse non desinat ; appareat eos de vulgarē illā quam hodiē Catholici statuunt transubstantiatione nihil cogitasse. Et cum Justinus rem totam ad Apostolorum hāc de re Commentarios revocet , eo ipso ostendit , istius rei intelligentiam non aliud quā ex iisdem petendam esse.

Quid porro obscurius eo quod in Synodo Tridentinā ad hujus rei explicationem assertur , cum sacramentaliter præsens Servator substantiā suā nobis adest ? Hoc non est declarare Christi verba , quæ cuivis rectam mentem afferenti clarissima sunt , sed tenebris involvere , & hominum mentis implicare . Quis enim istam sacramentalem Servatoris substantiā suā apud nos præsentiam , nobis satis explicaverit , illiusve nobis fidem fecerit ? Atqui non ipse Servator substantiā suā seu quatenus subsistit sacramentaliter præsens nobis adest ; sed corpus illius vitæ cassum , & sanguinis illius ex corpore effusus , in pane & in vino nobis adest . Quod aliter intelligi nec debet nec potest , quām corporis Christi vitæ cassi , & sanguinis Christi memoriale signum . Et hoc ritus

Istius sacramentum est, hoc facer ille panis & vinum, hoc panis fractio & calix, hoc *ç*esus, hoc ex calice potus, ut supra ostendimus, adumbrat. Hoc est quod commemoramus & prædicamus, & pro quo gratias, hunc r̄ijum obeuntes, agimus. Ita demum digne, vel indignè, in poenam vel in salutem, ex hoc pane edere, & ex hoc calice bibere possumus. *1. Cor. XI. 27.* Ita partem ex hoc sacro pane & vino sumere cuique licet: induulso & indiviso, non multiplicato, & semper uno eodemq; manente, illo quod designatur corpore.

Mandent, inquit, panis & vini tā αἰσθῆτα, mutatur νοντὸν, ejusque loco succedit corpus & sanguis Christi. Quid verborum tantum consensum querimus, & non rerum potius ac sententiarum? Nam quae sunt ista panis & vini αἰσθῆτα? An accidentia tantum, sublata panis & vini substantiā? Non dicet opinor Vir Doctiss. Quod vero istud νοντὸν, quod in pane & vino mutatur, & cujus loco succedit corpus & sanguis Christi & illud opinor quod relictā panis & vi-
pi propriā substancialiā, in illo sacro pane & vino mente debet intelligi & percipi: id
verd

verò est corpus & sanguis Christi. At rursum quærendum erit, quo pacto in hoc pane & vino, Christi corpus & sanguis mente intelligi ac percipi debeat? Itaque manebit eadem difficultas, & animus cogitatione suspensus: qui nisi cum quem nos ostendimus, clarissimum & simplicissimum modum amplectatur, nunquam scelere ex vastis difficultatibus & erroribus ac superstitionibus extricabit. Tā ῥογά in signis mysticis nunquam appellantur ἀληθῆ apud Hebreos, ut propterea verē sint ῥογα, & substantia mereantur appellari; sed quæ spiritualiter aliquid esse dicuntur, collata cum iis quibus id nominis propriè tribuitur. Sic Christus vera lux, Job. I. 9. I. Job. II. 8. vera vitis Job. XV. 1. verus panis. Job. VI. 32. sic cœlestē tabernaculum verū Heb. VIII. 2. IX. 24. quæ loca citavit Vir Doctiss. appellatur. At hoc ad rem de quā agimus planè non pertinet: sequeretur enim panem & vinum longè perfectius corpus & sanguinem dici, quam ipsum Christi corpus & sanguinem. De carne & sanguine Christi spirituali, atque divino, à carne quæ crucifixus fuit, & sanguine qui effusus fuit.

diversis, nulla mentio est in Sacris literis: imò oppositum est in apposito. Caro c-
nī & sanguis spiritui opponuntur. *Luc.*
XXIV. v. 39. Eph. VI. v. 12. Et Apostolus
cœlesti Christi corpori, quale nunc habet,
carnem & sanguinem opposuit, ideo quod
caro & sanguis regnum Dei hæreditare,
non possit, neque corruptio incorruptio-
nem hæreditabit. *I. Cor. XV. vers. 47. seqq.*
Illa ipsa caro quæ crucifixæ, & quatenus
crucifixæ fuit, ille ipse sanguis qui effusus
fuit, & quatenus effusus fuit, spiritualem &
divinam virtutem vivificandi nos habet, &
propterea à nobis edi ac bibi eo pacto de-
bet, quo pacto cibus ac potus appellatur,
id est ex comparatione cibi ac potus car-
nalis, (qui occasionem hujus sermonis
Christo dederat, *Johan. VI. v. 31.*) spiritua-
li & proprio. Semel in errorem pro-
lapsis, nisi revertantur, ulterius semper
errandum est. Postquam animus opinio-
nis errore in pane & vino præsentiam
quandam & efficaciam Christi concepit,
etiam ad corpora nostra non ad animos
tantum vim illius traduxit. Mirum est,
qui sic statuant, quod non etiam ipius pa-
nis

nisi & vini alimoniam, ad animos, non ad corpora tantum nostra retulerint. Spiritu Christi vegetantur corpora nostra: sed hunc in pane & vino nos haurire, nusquam scriptum est. Corpus Christi nos fieri, verum est, propterea quod illius spiritu regimur; non vero quod in sacro illo pane & vino, sive substantiam, sive latenter quandam corporis & sanguinis Christi vim sumamus. Per hanc vim, corpora nostra & sanguinem nostrum, idonea reddi ad beatam resurrectionem, error est, prioribus connexus. Altera hanc de re loquitur Apostolus Rom. VIII. v. II. Si inquit Spiritus ejus qui suscitavit IESUM ex mortuis habitat in vobis, is qui suscitavit Christum ex mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem ipsius Spiritum in vobis. Unitas quam habemus cum corpore & sanguine Christi, fit manducando & bibendo corpus & sanguinem Christi: corpus inquam non vivum, sed vitâ cassum; sanguinem non in corpore clausum, sed ex corpore effusum; non vero panem & vinum in Euccharistia. Illud spiritu & animo, siq[ue] ullus ritus peragitur: hoc corpore & sanguine.

Irenæus rectius dixisset , corpora nostra percipientia carnem & sanguinem Christi, jam non sunt corruptibilia , spem resurrectionis habentia ; quām percipientia Eucharistiam : cūm Eucharistia indigatē percipi possit, & ad judicium ; corpus autem , & sanguinis Christi, indigne & ad judicium à quoquam percipi non possit. Quippe in Eucharistiā non ipsum propriè corpus & sanguinis percipitur , sed illius memoriale tantum signum. Atqui Christus cum descendat suā carne & bibendo suo sanguine loquitur, *Joh. VI. 56.* ipsam suam carnem à nobis edi , & ipsum suum sanguinem bibi vult, nempè eo modo quo talis cibus edi, & talis potus bibi potest.

Vide quo tandem errores evadant ! Hoc corpus , pergit Vir Doctissimus *νοητόν* & verum , nemo dignè manducat , nisi qui prius adoraverit. Certè si isthic sit vivens illud & gloriosum Christi corpus. At quia isthic est tantum morte crucis exanime Christi corpus , & sanguinis effusus (talem enim calix exhibet) idque non verè ac propriè , sed in memoriali suo signo ac ritu profecto qui istic adoraverit , nihil aliud quam

quam panem & vinum , quamvis sacrum adoraverit. Quo superstitionis ne prolaberemur, vel ipsa manducatio nos retinere poterat. Indignum enim est, quod adoraveris deinde comedere. Nemo , dixit Cicero quamvis Paganus , ut quo vescatur Deum credat esse : proinde ut illud etiam adorandum censeat. Nemo , inquit Vir Doctiss. dignè manducat, nisi prius adoraverit. Itane verò ? prius adoret, postea manducet. Quis tulisset Israelitas agnum illum Paschalem priusquam cum comedarent adorantes ? Atqui & Agnus iste sacerterat, & ritus sacer, & in magni beneficij divini memoriam ac celebrationem dicatus & cum singulari religione tractandus Corpus Christi exanime , ut tale, & sanguine ejus effusus, ut talis, nusquā est, nisi in membris & memoriā ; proinde qui cum ejus signum adoret, proinde faciat, atq; si mortem Christi adoret : Non magis profecto convenienter quam si Israelitæ in Paschæ ritu transitum illum Domini subinde adorassent. Nimirūm non transitus ipse, nō ea quae recolendæ illius memoriae cōstituta erant sed Deus propter transitū adorandus erat.

Si

Sic nunc non mors Christi, non panis quem
frangimus & edimus, non calix quem bi-
bimus in mortis ipsius celebrationem; sed
pse Christus propter mortem quam nos re-
demit, adorandus est. Jam si signum
mortis seu corporis Christi ex animis, &
angvinis effusi, non aliter adorare quam
ut signum ab ipso Christo institutum, Chris-
tianis indignum & superstitionis est; quid
licendum erit de iis qui illud pro ipso vero
& gloriose Christi corpore, vel in sua sub-
stantia, vel in sua cœlesti vi & isthic præ-
ente, adorant & adorandum docent, qui
licere non exhorrescunt, non est panis sed
est Deus, homo liberator meus, & post-
quam se transubstantiationem fecisse pu-
ant, seu Creatores sui Creatoris esse hor-
rendam & impia voce pronuntiant? Nonne
cum non rei ipsius, non divini eloquii ve-
ritate, sed falsa persuasione id titatur, in rei
tituli veritate non Christi corpus gloriosum,
ed panem adorant: qui ob hanc ipsam ado-
rationem polluitur, & sacer esse desinit.

Invocari Christus ubique potest, homi-
nis signis affici ubique debet; sed non in ul-
lus falsa persuasione, nec in signis & rebus
aliis;

ullis, quippè maiestate ipsius longe indigois. Habent cur singulares Deo gratias agant Protestantes, qui eos ab omni reliquâ idololatria liberatos, admirabili suâ curâ etiam ab hac panis adoratione continuunt. Talia enim de hoc sacro pane & credunt & docent, ut pro miraculo censendum sit, eos in illius adorationem non esse prolapsos. Arca illa Fœderis, huc adduci non meruerat, quam Deus singulare suâ præsentia, gloriâ & fortitudine venerandam fecerat, quam alii suis tegebant Cherubini, quibus ipse Deus insidere dicebatur, & undè responsa, summâ & tremenda cum maiestate dare solebat. *Num. VII. 89.* Quæ ut tantò venerabilior esset, in intimis tabernaculi adytis abdyta latebat, quam nemo nisi erat attingere aut aspicere, aut ad eam appropinquare, ac ne ipsi quidem summo sacerdoti, postquam stabile domicilium nacta est, nisi semel in anno duntaxat, & qui contra fecerunt, subitò exanimati peribant. Hanc igitur qui adorabant non arcam adorasse dicendi sunt, sed eum qui maiestatem suam & robur in arca illâ collocaverat. At quid hæc omnia ad pâugm

panem Eucharisticum? In quo nulla Dei majestas elucet, nulla audiuntur oracula, nulla fiunt miracula, qui non tantum promiscuo omnium qui ad Ecclesiam pertinent adspectui, tactui, sed etiam esui expositus est. Itanè verò Deus suam & Christi sui immensam majestatem prosterneret.

Nondum hāc error stetit: sed etiam ex memoriali ritu oblatio & sacrificium non spirituale, (ad quod referuntur omnia quæcunque in Dei laudem facimus) sed propriè dictum, ad instar Sacerdotum Leviticorum faciendum erat: ad quod prouidè novo inter Christianos non minus quam olim inter Israelitas, sacerdotum genere, & peculiari ac consecrato loco opus esset. Planè contra S. Scripturam, quæ omnes Christianos & Reges & Sacerdotes, & Dei templum effectos esse, & nulla alia quam spiritualia sacrificia prouidè quovis loco & tempore ab iis offerenda esse docet. *I. Pet. II. v. 4. Heb. XIII. v. 15.* Et sanc si vera est ista, quam Vir Doctissimus defendit, panis & vini in corporis & sanguinis Christi, sive substantiam, sive quod tandem dem

dēm valet, cōflestē illius vīm & virtutēm;
 manentibūs nihilominus panis & vīni spe-
 ciebus, pauculīs verbis ab eo qui p̄̄sident
 in Ecclesiā pronunciatis, cōmīsa velut in ca-
 reoā inter se connexa aptaq; sunt. Nam
 & in manibūs erit quod Deo offerātur, sc̄a
 in sublimē elevetur, vel coram Deo mox-
 ter, ut in similiā faciebat sacerdos Aaroni-
 cus; & quia non cūivis concedendū erit
 hēc transsubstantiādī facultas, proinde
 nec transsubstantiātī oblatio; habebimus
 peculiāres sacerdotes: porro quia nihil
 Christi corpore & sanguine efficacius of-
 ferri potest, habebimus sacrificiū omniibus
 sacrificiis majus, & quod mirum non est si
 dicatur valere p̄ vivis & mortuis. Sed hēc
 omnia, fundamento cui superstructa sunt,
 subruto, concidere est necesse. Quis credi-
 disset, hunc simplicem & vulgarem alioqui
 ritū quem Christus ad mortis suā memoriā
 celebrandam adhibuit & sacravit, in tali,
 tam inaudita, tam Novo Fœderi dissona-
 transformatum iri? Vetus illud Fœdus,
 totum, in sacrificiis & oblationibūs
 externis positorum, tamen memorialem
 illum Paschæ ritum, inter sacrificia que

bla-

oblationibus constabant, non numerantur: neque enim ex Agno illo Paschali quicquam offerebatur a Sacerdote, non sanguinis, non adeps, sed totus agnus comedebatur, & si quid remaneret, igne comburi, non ab ullo sacerdote, sed a Patres familiis vel alio aliquo debuit. Nam quod Agni illi ad Levitas deferrentur mactandi, id non peculiari Dei Legi, sed ob mactandi artem & peritiam fiebat. In loco etiam quem Dominus sanctuario suo elegisset, agni isti comedendi debebant: non quod in iis ulla contineretur oblatio; sed quod solennitatibus istis esset communis destinatus locus, praesertim cum eas variis oblationibus celebrare deberent. Et sub Novo Foedere exorti sunt qui ex memoriali veri illius Agni pro nobis mactati, ritu, veruim & propriè dictum sacrificium & oblationem facerent, & ejus causâ novum sacerdotium, nova adyta, & quod omnia maiorem speciem haberent, & peculiares vestes, & aras & ungventa, & rasuras & thuribula, & tintinnabula, & magnam vim Ceremoniarum, excogitarent. Non me possum continere, quia hic cūjusdam cam in rem verba

bā describam, Tractatū de verā Christianō pacificandi ratione, Cap. 19. Quid por-
 rò, inquit, gravitatis contineant missales ritus, ex eā parte quam bic recitā-
 bo, gustum capient lectores. A comisso
 quem vocant introitu, aliisque infinitis
 nūgiis, solius Canonis gesticulationes at-
 tingam. Junctis manibus se inclinet
 Sacerdos ante altare: postea in dextrā
 parte osculetur. Hic faciat tres cruces;
 elevet manus & expandat: junctis ma-
 nibus memoresur vivorum: parum fleat
 Et at genua: extendat manus super bo-
 stiam: faciat quinque cruces. Jungat
 manus iuram: tergat manus ad cor-
 porale: elevet hostiam deinde calicem;
 illis repositis extendat brachia, quasi de-
 se crucem faciens; retrahat brachia,
 & faciat super totum sacrificium tres
 cruces, quartam super corpus, quintam
 super calicem. Ponat manus super sa-
 crificium; & oculos iuram erigat: in-

clinet se se ad altare, manibus cancellatis
 osculetur altare; signet se se signo crucis.
 Junctis manibus memoriam babeat
 mortuorum: percutiat pectus suum seu
 mel vel ter: faciat tres cruces: discon-
 operiat calicem: ostendat manu dextrâ
 hostiam. Cooperto calice, extendat ma-
 nus: tangat patinam pedem calicis, me-
 dium, summitatem, ad os suum & oca-
 los admovere. De hostia tres faciat
 partes, sed unam aliis majorem: de
 minima parte faciat tres cruces, dein
 de ponat in calicem, reliquias osculetur.
 Et talia, sunt qui defendant, & non potius
 sublata ex Ecclesia cupiant, idque totis vi-
 sibus, & donis sibi à Deo concessis, agant!
 Id enim facere, & simul tamen pacem mu-
 tuamque tolerantiam svadere, & possent &
 deberent, donec dies illucescat, & lucifer
 briatur in cordibus omnium, qui certe
 nunquam exorietur, si quæ coarguere de-
 bessemus, perpetuò defendamus.

Sed sacrificium istud, & oblationem,
 videamus. Quam triplicem hic esse ait
Vir

Vir Doctor. Primo enim, inquit, offeruntur Deo species istae, creatae a Deo ad vitam sustentationem. Quo pacto? An quod in Ecclesiam inferantur ad sacram suum? At hoc quilibet Christianus facere potest, nec ullum calce continet sacrificium, quod peculiari indigeat sacrificio: Certe non magis quam qui victimas adducebant ad ostium tabernaculi. An quod species istae sumuntur in manus? At ne hoc quidem: cum idem faciat domini suae quilibet Paterfamilias: in Ecclesia vero id facit qui praefidet, non propter peculiare sacerdotium, sed quod est Ecclesiae praecusat. An quod pro his agantur Deo gratias? At hoc ipsum quoque cuiuslibet, sive domi sive in Ecclesia praecanticis officium est. An quod in corpus & sanguinem Christi transmutentur? Si quatenus sunt signa corporis & sanguinis Christi memorialia, id habent non ex ulla hominis facultate, sed ex Christi institutione. Si vero aliam transmutationem intelligas, hinc nulla alia est: non magis quam in Paschali Agno. An quod in sublime manibus quasi ad Deum eleventur? At hoc quis justit: quis fecit?

Christus pro iis à Deo sibi & suis oblationis gratias egit, non verò suo & suorum nomine, Deo obtulit. Et si Deo offerrentur, non totæ in usum nostrum credere deberent; sed ut appareret, eas Deo oblatas esse, pars earum saltem aliqua igni absumi deberet, ut in omnibus fiebat oblationibus: quæ vel totæ, ut in holocaustis, vel ex parte aliquâ, ut in aliis, comburebantur in alteri in odorem savitatis Deo. An quod panis frangatur? At hoc itidem præeuntis est, non peculiaris sacerdotis, nec offerentis, sed manducantis, & ut alii manducent invitatis. Et in Ecclesiâ ita factum apparet, ut quisquis sibi apud mensam Dominiçam partem ex hoc sacro pane deciperet, ut in Agno paschali fiebat. An quod panis edatur, quod calix bibatur? Hoc sit & fieri debet ab omnibus. An quod mors Domini representetur? Et hoc sit ab omnibus; nec Deo representatur, in cujus oculis Christus ipse perpetuo apparet; sed nobis, & iis qui adsunt. An quod grato animo commemoretur? Hoc itidem sit, & fieri debet uno præeunte ab omnibus. An quod Deus oratur, ut propter mortem Filii sui

Sui nobis peccata remittat? At hæc quoq;
precatio totius Ecclesiæ est.

Alterum, inquit, sacrificium est in eo
ipso quod Christus obtulit. At Christus
cum sacrum hunc ritum ad sui commemora-
tioneum tradiceret ac usurparet, nihil ob-
tulit. Non panem & vinum, ut vidimus:
non corpus & sanguinem suum, cum non
dum mactatus esset, nondum sanguinem
fudisset. Nec enim victimarum ulla esse
poterat oblatio, antequam mactarentur, &
sangvis earum effunderetur. Neque etiam
offerre se ipsum potuit, antequam in San-
ctuarium oblationi designatum ingre-
deretur: ut typus Aaronici Sacerdotis, & ex
eo Epistola ad Hebreos manifestè docet,
Nam cum se mactandum præberet Christus,
in ea victimæ rationem gessit, non of-
ferentia sacerdotis. Quod si igitur Christus
ipse ritum hunc instituens & peragens,
corpus & sanguinem suum non obtulit, nec
offerre potuit; quo pacto id ficerent Christi
discipoli? Christum in hoc ritu immo-
lari, non aliter verum est, quam quatenus
mors Christi per eum significatur, & me-
moria celebratur. Itaque nego sub pani

istius & eallicis ut loquuntur speciebus quicquam aliud esse quam signum memoriale corporis & sanguinis seu mortis Christi: quas propterea falsum est offerri, cum signa memorialia Deo offerri non solerent, nec illorum ratio quicquam cum oblationibus communem habeat. Cæterum ritum hunc sacrificium, victimam, oblationem, immolationem appellari, nihil continet absurdum. Omnia enim pia facta, & ad Deum laudem spectantia, inter quæ ritus istius celebratio est, à Christo instituta, his non minibus appellari salent: & hactenus etiam verum est, per ritus istius sacrificium, & oblationem, non minus quam per alias omnia pietatis Christianæ facta & opera, nobis virtutem mortis & oblationis Christi applicari. Quæ hic ex variis authoribus congesta sunt de immolatione incruenta, de sacrificii cruentis representatione, & commemoratione, & recordatione, eamonia argumento sunt nullum in hoc ritu verè & proprie dictum esse sacrificium, nullam immolationem, sed veræ tantum immolationis & veri sacrificii imaginem & memoriam, ejusque non locis, sed mortis tantum

tantum Christi, quæ sacrificii Christi initium tantum fuit, & ad oblationem suipsius via. Falsum enim est in cruce sacrificium Christi peractum esse, aut ipsius oblationem. Nam in cruce mactatio agni perfecta est, non oblatio. Tantum igitur abest ut ritus esse veram corporis & sanguinis Christi oblationem contineat, ut ne signum quidem & representationem illius, nisi consequenter complectatur, ad solius mortis Christi representationem & commemorationem institutus.

Tertium, in hoc scilicet rite, sacrificium est, inquit, quod ad exemplum ejus sacrificii facit Ecclesia, offerens corpus Christi, quod ipsa est. Id credo dicere vult Vir Doctissimus Ecclesiam in hoc rite offerro Deo, non tantum corpus Christi proprio dictum, sed etiam mysticum, quod ipsa est. Primum igitur, tota Ecclesia sacerdotio isto fungetur, ut necessitate non sit peculiares ad hanc oblationem & sacrificium legere Sacerdotes. Deinde, quia Iesus ut Ecclesia sub panis & vini speciebus sese Deo offerret? Hoc jam ad hunc ritum aliunde affutum est, non à Christo traditum. Quasi vero non haec ipsa per se

Christianæ pictatis ratio & professio, ut parati simus, si ita res tulerit, pro Dei gloriâ & ædificatione, non bona tantum nostra & labores, sed & vitam profundere. *Ad Exemplum*, inquit, *id facit corporis propriè dicti.* Atqui jam ostensum, hoc corpus isthic non offerri: quin cum Paulus panem illum sacram ad Corpus Christi mysticum non minus referat, quam ad propriè dictum, *i. Cor. X. 17.* hinc intelligimus, non magis corpus Christi verum sub speciebus panis & vini contineri, quam Ecclesiam corpus Christi mysticum.

Deum nobis vires per ipsam Eucharistiam tribuere, proposito Christianæ pictatis, & pro Deo moriendi paros, error est ex prioribus consequens, qui ad superstitiones varias, deceptas hominum mentes dedit: quò & Cypriani quæ hic afferuntur verba pertinent, Epist. L I V. Inde fluxit & mos Eucharistiam ad infirmos deferendi: cuius non minus extra Ecclesiam & conventum, quam extra communionem plurium, nullus est usus, *i. Cor. XI. 20, 32.* Et cum ritus iste nullo alio fine nobis sic graditus, quam ad commemorationem & cele-

celebrationem mortis Christi, & Ecclesiæ communionem nullum salutis periculum agit detrimentum incurrit is, qui propter corporis infirmitatem, sicut Ecclesiastici conventus ac communionis, sic neque ritus istius sacri particeps esse potest, de quo tamen, sicut & de Ecclesiastica communione, spiritu participat. Eadem superstitione & veteres olim à conspectu Eucharistiae non communicantes arcebant, & ho-diegni contrario modo Eucharistiam, die festo illi instituto, solenni cum pompa circumgestant.

Libellus cui nomen Dialecticon, quem Vir Doctissimus laudat, virtutem tantum corporis Christi cum pane & vino coniungi asserit: quod etsi dicitur multo mollius, & sine ullis verborum involucris, nullis tamen, ut vidimus, nititur Scripturaræ documentis: nec ista panis & vini regeneratione, non magis quam aquæ baptismi: quicquam erat opus: cum ipsum Dei verbum, & Spiritus Sancti vis, extra hos ritus dari solita, ad omnem salutis nostræ rationem sufficiat, & sufficere debeat. Et sicut baptismus rectè dicitur **Regeneratio**,

tio, renovatio, mors & sepultura, & resurreccio cum Christo, quod istius signum sic externum & professio ; sic Eucharistia recte dicitur corpus & sanguis, & mors Christi, quod illius similiter signum sic & commemoratio.

Ad ARTICULUM XI. & XII.

NON utilissimum tantum, sed etiam planè necessarium est, ut in Ecclesiâ, in manifestis delictis (nam de occultis, ut recte dicitur, Ecclesia non iudicat) publica vigeat disciplina : cum hic sic unus ex principiis congregationis fidelium finibus. *Matt. XVIII. v. 17. 1. Cor. V. 1. Ihes. V. II. 27. Thess. III. a. 14. 15. 1. Tim. V. 20. Heb. X. 24.* Hujus autem disciplina pars est, publica eorum qui decliquerunt penitentia, qua agnitione & confessione peccati, animo de peccato dolore & contritione, illiusq; declaratione, & peccati coram Deo & Ecclesiâ deprecatione : in iis vero qui non tantum in Ecclesiâ castigati, sed etiam excommunicati fuerint, manifestâ & constanti morum emendatione, tota continetur. Nam vanas Ceremonias, & stata tempora, & nescio quas alias penitentiae leges defini-

re, ad

re, ad literam magis & carnalem disciplinam, quam ad spiritum & spiritualem cultum pertinet, & dominatum sapit in Ecclesiâ. Unde & Ecclesiæ (si qua sit opus) indulgentia (ut in illo incesto, s. Cor. II. Vers. 8. & seqq.) tota ex rei circumstan-
tia, & utilitate communis, & totius Eccle-
siæ judicio, non verò ex unius arbitrio
pendere debet, nec ad externas aliquas
leges, sed ad vim rationemque veræ pa-
nitentiaz, & Ecclesiæ ædificationem re-
ferenda est: & quæ extra hanc normam
coacduntur indulgentiaz, meri sunt abu-
sus. Confessio criminum etiam non ma-
nifestorum, non utilis tantum sed etiam
necessaria est, eaque non privata sed pu-
blica, quatenus quisque se peccati rem
esse debet agnoscere, & conficeri, si etiam
de quorum peccatis publice non constat
I. Job ann. I. Vers. 9. Ita enim fiet ut in sui
justificatione, Uel misericordia agostâ, à
peccatis sibi in posterum sollicitè caveant,
ne divinæ misericordiaz subinde illudant,
& taota illies bonitate provocati, totos
sece ad DEI amorem & obsequium con-
vertant. Sic qui baptizantur, peccata sua
palam

palam confitebantur. *Matth. iii. 6.* etiam
cum eorum aliquâ enumeratione. *Ador.*
XIX. 17. Huc pertinet ne quisquam peccata
sua defendat, vel excuset, vel extenua-
ret; qvod olim ipsi Davidi usû venit in
Urâ negotio, antequam à Nathane, in-
signi illo apoloogo coargueretur. Sed ut
quisque peccatum suum illiusque gravita-
tem agnoscat, & exagget potius; quam
clevet, idque publicè, si publicum sit fa-
ctum. Sic Paulus maximum sese pecca-
torem confitetur. *I. Tim. I. v. 13.* Confiteri
item publicè in Ecclesiâ debemus; cùm
peccati, cujus fontes sumus, arguimus;
quamvis forte coargui & convinci non
possimus. Nemipè Deo gloria danda est,
ne peccatum admissum negando, idque in
Ecclesiæ, & sic in Dei & Christi conspectu;
peccatum duplensem, & majoribus nos
pœnis involvamus. Confiteri item debe-
mus ea peccata, quæ dum facta sunt injuri-
am & detrimentum proximo illatum
continent, idque cum debitâ proximâ sa-
tisfactione. Qua de re existat Lex Levit.
VI. t. seqq. Num. V. 6. ex ipsâ naturali æ-
quitate petita. Unde constat, peccata

cum scandalo, & cum Ecclesiæ injuriâ ac
 dede immissa, quamvis Ecclesiæ in-
 compre ultro in Ecclesiâ confitenda es-
 se, earumque censura Ecclesiæ judicio sub-
 jicienda. Et hoc olim in Ecclesia, cùm
 disciplina vigeret Apostolica, & vera pie-
 tas, usitatum fuit, magnum carni trænum:
 quod postea in privatam confessionem,
 cùm maximâ morum dissolutione laxatum
 est. Aliæ confessiones coram hominibus
 necessariæ non sunt, nisi quatenus vel con-
 silio salutari, vel consolatione, vel preci-
 bus juvari cupimus: quo pertinent verba
Jac. V. 16. Ut verò de singulis criminibus
 in memoriam venientibus, cùm suis cir-
 cūstantiis confessionem faciamus, nec
 præceptum est unquam, nec ullum habet
 in re salutis usum, nec jugum hoc populo
 Christiano imponendum est. Ut hæc con-
 fessio publicè fiat, consultum non esse,
 cuius in propatulo est. Ut fiat privatim,
 & in aurem, ut ajunt, cui bono? Ut à pec-
 catis absolvamur? A Deo ne, ab ab homi-
 nibus? Non ut absolvamur à Deo: nam
 id Deus non præcepit, & satis constat, eum
 qui peccatis mortuum fuerit, & spiritu rega-
 tu

tur non carne, sine istâ confessione, à Deo
 absolutum iri. Non ut absolvamus ab
 hominibus: cùm homines in absolvendis
 plura quâm Deus requirere non possint,
 Adde quod absolutio in potestate sit Ec-
 clesiaz, non unius hominis: ut si hæc enu-
 meratio criminum ad absolutionem sit ne-
 cessaria, non coram uno, sed coram totâ
 Ecclesiâ fieri debeat: cui soli post Aposto-
 los, Ecclesiæ architectos, ligandi solven-
 dique potestas concessa est. Neque etiam
 in quovis facto, vel consolatione, vel con-
 silio aliorum indigemus: & ad preces pro
 nobis alios movere possumus, quamvis iis
 non omnia quorum nobis consciâ sumus
 sigillatim recenscamus. Res ipsa loqui-
 tur, morem hunc ex eo ortum esse, quod
 Ecclesiæ præsides potestatem sibi arroga-
 rint, auditâ confessione, quemlibet à pec-
 catis absolvendi, impositis tantum, quæ
 viderentur satisfactionibus, ut vocant. Itâ
 peccant omnes, ut habeant quod confiteri
 possint, & confitentur, ut à peccatis absolu-
 ti, tanto liberius peccent; postquam iis
 persuasum est, non sollicitam ab actibus
 vitiosis abstinentiam, sed eorum eorū sa-

Est-

cerdote enumerationem, unicum æternæ
salutis esse remedium: quæ res facit ut au-
ricularis ista singulorum criminum enu-
meratio pro viciorū auctorāmento sit
habenda. At Ecclesiæ quæ Apostolorum
in hæret institutis, neminem ex iis qui jam
ante Ecclesiæ fuerunt aggregari ob solam
confessionem absolvit: quin si ex ipsâ con-
fessione videat aliquem hæcere in vitiis, suâ
communione privat, nec ante doxâ solvit,
quam fructus pœnitentiæ; id est veram
vitæ emendationem videat: eo iōsuper
addito, ut si Deus, cui omnia longè melius
perspecta sunt, rem aliter se habere judi-
cet, suam absolutionem pro irritâ haben-
dam esse. Ita fit ut homines rebus vanis
prætermisis, totosque ad vitia deponendā
& sanctos mores assumendos compo-
nant.

/ sese

Cogitare jubet Vir Doctissimus Eccle-
siæ præsides; annon ex re hæc Ecclesiæ, ab-
solutionem differri in benevolentibus, do-
nec completu sit pœnitentiæ temp⁹. Atqui
boni temporis aliquo prefinito spatio pœni-
tentia metienda est, sed rebus ipsis & veritate;
nec satisfactiōtib⁹ quas vocat, ab hominib⁹

K

impe-

imperatis, sed motum emendatione & vi-
tae sanctitate à Deo præcepta: nec in bene-
volentibus tantum, sed etiam in ægrotis ac
morientibus: quos qui moribus ac vitâ non
regenitos absolvunt, rem usurpant non suæ
potestatis: & videant ne dum aliis liber-
tatem promittant, ipsi sine corruptionis
mancipia, 2. Pet. II. 19.

Dolor qui sinceritatem cordis habet,
cum firme proposito vitæ mutandæ con-
junctus est, sufficit in iis qui primum ad Ec-
clesiam aggregantur, agniti veritate; sed
non in iis qui jam antè professionem fiduciæ
ac penitentiae fecerunt, à quibus fidei ac
penitentiae fructus, si salvi esse velint,
omnino requiruntur: qui si absint, vana
est accipiendas veniæ fiducia.

Satisfactiones ab iis qui ad Ecclesiam
aggregati, iterum in vicia prôlapsi sunt,
nullas alias Deus requirit & accipit, quam
ut suæ professioni conformes, peccato mo-
riantur, & justitiae vivant. Jejunia vera,
id est non corpore tantum & externâ cibi
abstinentiâ, sed animo simul contrito &
humili-

humiliatio p̄fæcta ; nec statis diebus ac hōis
 defitita , quæ in reū tiderē extetnam &
 ianam ceremoniam desinant ; p̄cetes ex-
 traordinariæ ; non ad certum nūthrum
 adstrictæ , nec bre tamuti detinuntur ;
 sed ardenti ad Deum spiritu fusæ : elecno-
 synæ item extraordinariæ ; magnam ins-
 concilianda nūmoris eleicitia vidi ha-
 bene ; si mōrum & vitæ emendatio conse-
 quatur . Hæc si citaneat , fruſtra reliqua
 omnia adhibemus : quibus disterti quidem
 ira misericordis Dèi potest , auferri boni
 potest . Quo pacto etiam iis que nobis à
 Dèo præcepta non sunt ; iram ejus extin-
 gere conatur , si ea quæ præcepit non
 faciatnus ? Cetera quæ nullum bonum
 opus ; natura suâ constitent ; sed metu ſu-
 perſtitio[n]es ſunt ; & inactes corporis vexa-
 tiones ; nullo numerō Deus habet . Hinc
 de populo fuit alib[us] dedito , p[er] Prophē-
 tati loquens : Populus bi[us] , inquit , labii me
 bonorat , e[st] autem eorum longe e[st] à me . Sed
 fruſtra me colunt , docentes doctrinam mandata ho-
 minum . Esa. XXIX. v[er]s. 13. Mat[th]e. XV. v. 8.
 Quod ad vocem satisfaciendi attinet ; ve-
 tum est quod ait Vir Doctissimus e[st] Latinis

significari, facere id quod offendit p[er]ficit; etiamen re ad Deum relatâ, animus religiosus, suæ maximæ indignitatis conscius, ab hac voce abhorret: tanto vero magis, sicut ut sit à Catholicis, ad res quas Deus à nemine requirit, multo etiam magis, si nullius per se sunt momenti, referatur.

Pharisei olim suis sacrificiis, si quid sibi ad plenam justitiam decesset, Deo se abunde satisfacere, perperam credebant: & etiamen Deus sacrificia ista instituerat. Quid ac illis dicendum est, qui cum nihilo sicut Pharisei aut Publicanis sanctiores, per ea se Deo satisfacere dicunt, quæ ut facerent, non præcepit. Quod Publicanus ille quamvis rem Deo gratissimam humiliando ~~sese~~ faceret, dicere nos est ausus.

Apostoli verba 1 Cor. XI. vers. 32. Si nos ipsi dijudicaremus, non utiq[ue] judicaremur, de satisfactionibus hujusmodi neutram intelligi debent: cum Paulo se ipsum dijudicare & se ipsum probare, idem sic, ut ex vers. 28. cum hoc collato, & ex ipso dijudicandi, non vero judicandi simpliciter verbo, appearat,

pares. At scipsum probat quisque, qui vitam & mores suos diligenter ad normam Christianæ pietatis examinat: ne si quid in iis sit quod ab eâ discrepet, ipsum latecat, & sic ignorantem ac nescium, Dei judiciis involvatur. Neque Syrachi locus cap. III. vers. 29. quidquam hoc facit: *Cer nequam gravabitur in doloribus, & peccator adjicetur ad peccandum.* Significat enim hominem improbum calamitatibus nos corrigi, quia si illis afficiatur, deteriorem fieri. Et sane quod Syracides de calamitatibus dixit, nos de Satisfactionibus istis jure possumus dicere, quæ neminem eorum qui per eas exercentur, corrigit, sed semper observantur, quia semper homines in vitiis detinent, & quamvis apud aliquam inurant delicti memoriam, nos tamen ingenerant fugam: quippe cum longè sit facilitius calia observare, quam vitia fugere, si per eorum observantiam debitorum nostra liberari possimus.

Ad ARTICULUM XIII.

DE Sacramentorum baptismi & Eucha-
ristiae vi & efficaciam, in salutis nostrae
negotio, ad Art. 5. egimus. Reliqui ritus &
ceremoniae ab Apostolis aut Apostolicis
Viris usurpatæ, nullum generale saltem &
perpetuum præceptum contineant; & pro-
pterea quod ad vim & efficaciam aliquam
salutarem attinet, perinde est sive hodiè ad-
hibeantur, sive minus: dummodo populus
id sciat, ne inanibus detineatur ceremoniis.

Unctio certè ad corporum sanitatem, non
ad animorum salutem fuit adhibita. *Marc.*
VI. v. 18. Iac. V. v. 14. quâ proinde ad ani-
mas salvandas uti, vanæ ac noxia supersti-
tio est. Longè aliis rebus Deus honora-
vit Ecclesiam, & unitatem illius communi-
davit ac consecravit, quam ritibus.

Matrimonium haecenus tantum Sacra-
mentum est, quâ epis signum seu imagi-
nem continet spiritualis matrimonii, inter
Christum & Ecclesiam. *Eph. V. 32.*

Ad ARTIC. XIV.

EPISCOPI non sunt Presbyterorum prin-
cipes

spes (quo dignitatis titulo nunquam usata est prima illa & sancta Ecclesia) sed presbyterorum præcipui ; non ullâ superiori potestate, sed donis tantum, & ministerio eminentes. Sed de hac re actum est ad Artic. 7.

Ad ARTIC. XV.

Ecclæsia non est societas humana ; sed diuinæ ; ideoque nullis aliis legibus gubernari debet quam divinis , & ab ipsâ sanctitate dictatis. Et quæ talia non sunt , nullis legibus, nullis canonibus, nullâ temporis & consuetudinis longitudine , nullis locis excusari possunt. Nec tantum nimis, sed nullis Ecclesiæ gravari debet operibus. Pax quidem Deo placet , & iis qui pacis causâ iniqua tolerant : at servitus in Ecclesia , & ordo qui servitute continetur , Deo in Ecclesiâ placere non potest . Vide quæ diximus ad Artic. 7.

Ad ARTIC. XVI.

Verum omnia ò est , Christam pacis prin-

principem, non venisse, ut statum ultimum
Humanæ Societati necessarium vel utiliter
tolleret. *i. Cor. VII. vers. 20.* quales impi-
mis sunt leges & Magistratus Rom. *XIII.*
z. Tim. II. Sed ut omnem in Rep. statum
sanctissimam suam disciplinam perficeret.
Quod & Viri Doctiss. monita, quæ hoc lo-
co potestatibus civilibus ex Christi disci-
plina dedit, ostendunt.

Ecclesiarum Praesides vel Ministros, pa-
cis praecones & svasores, non bellorum
concitores, aut ministros; esse debere,
miniliter verum est. Et recte Clericos,
quippe Non peculiariter Sacros, à bellis
artibus Veteres Canones arcebant. Sicut
& penitentes, quibus peculiariter quædam
sanctitate commissa crimina merito sunt
eluenda. Unde non tantum spernenda
non est laicorum illorum cautio (utamur
enim nunc istis Laicorum & Clericorum
vocibus: quamvis Cleri nomen populo,
Christiano per summam injuriam, & do-
minatu in Ecclesia occupato, ademptum
sit); sed laudanda etiam religio, qui, ut
Vir Doctissimus ait, cum videant multa in-

capitibus iudiciis, multo autem plura & majora in bellis peccari, ab utroque se se abstinent. Quorum hominum societas non sponte sua se ab universo Ecclesia corpore separavit, sed quia in Ecclesia corruptelas non consentiret, tyrannici dominatu aeterno Ecclesiae corpore a vulsa est.

Quod porro dicitur, Imperatorum & Regum hoc quoque officium esse, ut lege divinas & canones conservent; ita de munus admissi debet, si id circa omnem externam coactionem, & violentiam, id est Regis potestatis usum faciant: quae penitus a Ecclesia Christi, populo voluntario, & spirituali exsulare debet. Cujus respectu Reges sublime Regum nomen deponunt & blandum fraternalis conjunctionis nome assumunt.

Qui divinas Leges & Canones observant, in eos sua Ecclesiae, & cum ea Regibus Ecclesiae membris, spirituali est potestas, quam sola se se Ecclesia conservare debet: si carnalem adme-
icas, omnem Ecclesiae rationem exarta

& ex spirituali regno terrenum & carnale facias,

Verum est Reges Christo servire debet, etiam quam Reges. Serviant ergo in iis in quibus quam Reges servire possunt: quam Reges Christum venerentur & adoremus, tanquam Regum omnium Regem ac Dominum: quam Reges potestate ac maiestate suâ ad justitiam & pacis publicam conservacionem utantur: quam Reges fere Christi praecptis in omnibus subjiciant, & ob id ipsum in Ecclesiâ quatenus Ecclesia est, vim & potestatem Regiam, non usurpent, quia Reges Ecclesiam tanquam matrem suam, vel si mavis Christi sponsam & uxorem, & corpus cuius sunt membra, omni debito honore afficiant,

Bona, Deo, id est piis usibus olim consacrata ad pios omnino usus converti deberent, quos hic monstravit Vir Doctiss. Sed si id non fiat, praestat ut à Principibus possideantur, quam ab Episcopis. Principes enim finè magois opibus statum super tueri non possunt; Episcopi possunt:

¶ si opibus istis ad pius usus non utuntur, vel iis avarè incubant, vel ex Episcopis & Ministris Ecclesiæ, dominos scilicet Ecclesiæ & mundanos principes faciunt. Achani exemplum in Veteri, & Ananias in Novo Fodere, huc non adeò pertinet. Achani reservaverat partem ex anachemate, contra Dei severum edictum, quod hic non est. Ananias non quod partem ex precio retinuerit, sed quod Spiritum Sanctum mendacio fallere voluerit, interierit.

Magistratibus omnino parandum est, vel faciendo, si iubearint à Deo non verita, vel si verita iubearint, ob denegatum in talibus obsequium, patiendo. Verèque à Viro Doctissimo dictum est, optimorum temporum Christianos fidclices hoc implisse, & hanc fuisse patientiam illam quemendam vicit, quod omnium miraculorum est maximum.

Ad ARTIC. XVII.

Hic tantum Origenis sententia de finibus hominum, & de impiis ac damnosis fundam beandis, exponitur.

Ad

Ad ARTIC. XVII.

Divinæ gratiæ in nostra regeneratione, ita omnia tribuenda sunt, ut simul verum maneat, & eos qui credunt ac regenitæ sunt potuisse non credere, nec renasci: & eos qui Evangelio auditio non credunt nec renascuntur, potuisse & credere & renasci, si se se Dœo non opposuissent. Ita enim & virtutis & vitii, & proemii & penitentia, & divinæ iustitiae in premiis & peccatis distribuendis ratio, inconcussa manebit. Neque periculum est ut hac libertate hominibus concessâ aliquid Dœo adimatur, ut potius hæc libertas inter maxima Dei dona in homines collocata, numerari debat, & sine qua homines non essent homines.

Præscientia Dei nullam infert hominibus vel bene vel male agendi necessitatem, cum ideo Deus hominum vel bonas vel malas actiones præsciat, & prædicat, quod bonorum & malorum (quos nunquam defore nullum est dubium) & conjugue hominis animum, ingenium, mores, vires denique penitus pernoscat, & omnia

Omnia ad eum quoniam predixit evanđelium
dirigere sciat.

Electio quatenus actu sit, in tempore
sit. Eliguntur enim à Deo ad salutem
actu ipso qui credunt, & pleniori adhuc
ratione, qui fiduci fructus fererunt. Qua-
tenus autem decretum electionis ante se-
cula factum significat, idem est quod Præ-
destinatio. *Eph. I. vers. 4. 5.* Prædestina-
tio ad nos relata, in Novo Fœdere, illud
tantum Dei decretum significat, quod Deus
ante mundum conditum fecit, de iis qui in
Christum crediderint vitâ aeternâ donan-
dis. *Rom. VIII. vers. 30. 1. Cor. II. v. 7. Eph.*
I. vers. 5. 18. Cujus prædestinationis nulla
alia causa reddi potest, quam ab Apostolo
reddita, beneplacitum nempe voluntatis
ejus in laudem gloriae gratias tuis. *Eph. I.*
vers. 5. 9. m.

Ad ARTIC. XIX.

VERUM est, à criminibus quibus speciale
penas Deus minatur, quemlibet absti-
nere posse: ad vitam autem caritatem nem-
inem sine præveniente Dei gratia, Evangeli-

com

cōmprehensa, p̄venire posse. Nec tis-
nus verum est , nulli unquam genti & ho-
mini, etiam ante & cīrca Evangelii prædi-
cationem, eam Dei gratiam defuisse, ut po-
tuerit ab Idololatriā , & aliis criminibus,
ipsā naturæ lege dāminatis , setnet abstine-
re: quā de re differit Apostolus. Rōm. cap.
I. à vers. 19. usque ad finem capitū. Verum
item est , prōmissionem , prōindē & voca-
tione Evangelii, quod ad vim & naturam
illis attinet, universalem esse , docente id
Apostolo i. Tim. II. vers. 4.5.6. Quod ve-
rò ipso facto ad omnes gentes non p̄vera-
nerit, non Dei voluntas , sed partim ipsa
rei natura, (quam Deus sequi amat) pro-
pter gentium vel longinquitatem, vel bār-
bariem obstitit , partim etiam Evangelii
veritas, hominum malitiā , Dei p̄missu-
cīrō depravata, nec in suā pūritate conser-
vata , ad omnes gentes propagari non
meruit.

Præscientia Dei sic interpretata , ut di-
camus Deutir̄ iam olim cōjuslibet hominis
vel probitatem vel malitiam , & singulas
actiones ita prævidisse , ut nunquam aliter
eveni-

evenire possit, non tantum in hoc anno, ut Cajetanus volebat, sed neque in future, cum libero arbitrio conciliari poteris. Nimirum recte Maimonides, citante Viro Doctissimo intelligi eam a paucis sapientibus, assertuit, non autem opus esse aut expedire ut distincte explicetur populo, pro diversitate modi prae noscendi, & decreta-
tum intercedentium.

Ad Artic. XXI.

Utile omnino est, ut Vir Doctissimus ait, in Disputationibus abstinere verbis ambiguis; sed tamen, si commodiora non suppetant, ita sunt definita, ut ambigua esse desinant. Igitur in materia de Sanctorum vita mortali exemptorum invocatione & adoratione, invocationem praegustii vel deprecationis pro nobis imploratione, adorationem & pro interna animi veneratione ac submissione, & pro signis illius externis quibuscumque, tanto, vero magis pro majoribus accipimus. Ita verum istarum significatione definita, res ipsa docet, non queri an sanctos qui ex hac vita

vita excederunt invocare & adorare sicut
 tanquam Deum omnipotentem, neq; tan-
 quam homines mortales; sed an eos invo-
 care & adorare liceat tanquam aeternas
 mentes, rerum humanarum curam haben-
 tes; quæ a nobis invocatae & adoratae,
 quamvis in ecclesiis maneat; & longissime a
 nobis distent, aut sensibus humanis exem-
 tas sint, preces tamen nostras, & quos eis
 exhibemus cultus, ultra omnem mortalium
 naturæ vim intelligant, & quæ ab illis pe-
 timus nobis præstare possint, seque a no-
 bis hoc pacto invocari, & adorari velint.
 Hoc negamus, & peccati gravissimi, quip-
 pe contra primum Dei præceptum, ac-
 cusamus, in quo prohibet Deus, ne quer-
 quam præter se pro Deo habeamus, ac di-
 vinis afficiamus honoribüs, coram se, id
 est in oculis suis, quasi ad majorem sui con-
 temptum, & graviori injuriam. Exod.
 XX. vers. 29. Deut. V. vers. 8. Confer. Deut.
 XXXI. vers. 29. At aliquem pro tali ha-
 bere, qui in ecclesiis maneat, ita ut naturali
 ratione a nobis attingi nequeat, diffitus;
 aut nullis hominum sensibus expositus; in-
 vocari & adorari mereatur, est cum pro

Deo

Deo (eo sensu quo Deus id fieri prohibet)
 habere , & ut talem invocare & adorare,
 est eam divinis afficere honoribus. Sic qui
 astra in cœlis posita , aut genios ; vel natu-
 ras nusquam apparentes , nec ullis Homi-
 num sensibus expositas colunt , Deos co-
 lere dicuntur. Ipsi Pagani quos eo pa-
 sto ex hominibus invocatione & adora-
 tione dignos pronunciabant , sive vivos ,
 sive mortuos , ubi id ipsum pro Diis habe-
 bant , & in numerum Deorum relatos di-
 cebant , & honores isti ut talibus habitos , di-
 vios appellabantur. Quid vero refert ,
 alicui vocabulum rei denegare , rem vero
 ipsam tribuere ? Neque enim Deus pre-
 cepero illo suo id tantum prohibuit , ne
 quenquam pro Deo summo habeamus , &
 ut talem colamus , præter se ; sed ne quen-
 quam pro tali quem diximus , quavis inferio-
 ris dignitatis Deo habeamus , & ut talem co-
 lamus. Nam & Pagani idololatriæ , non omnes
 eos pro Jove , aut in æquali divinitatis gra-
 du venerabantur . Et Israëlitæ olim quod summo
 Deo alios in cultu jungentes , eoque no-
 miné , idololatriæ criminē cenerentur . ned
 tiquam eos pro summo Deo habebant , & ut

Is

tales

tales honoribus afficiebant, quum summum
 Deum unum tantum esse scirent & credie-
 rent. Hinc est quod Deus populo suo
 inculcat, scilicet unicum esse, qui scilicet tan-
 quam in cœlis residentis, nec ullis homi-
 num sensibus expositus, invocari & colli-
 mereatur & debeat: à qua divini honoris
 participatione non tantum excludit Deos
 extraneos, peregrinos, scilicet profanarum
 gentium, dæmones, & profanos homines sive
 vivos, sive mortuos, in Deorum numerum
 relatos, *Deut. XXXII. vers. 18.* Psalm.
LXXXI. vers. 1. sed omnes alios, etiam
 Angelos, quos, quippe ministros suos, sibi
 in hac divini honoris participatione non
 patitur adjungi: multò verò magis omnes
 alias suas, sive in cœlis, sive in terris crea-
 turas: quas etiam præsentes & conspicuas,
 tanquam humanâ conditione majores, im-
 merito adorare, ad falsorum Deorum
 cultus pertinet. Non incurvaliste Dœ
 alteri: nam Dominus Zelotes nomen ejus,
 Deus Zelotes est, *Exod. XXXIV. vers. 14.*
 Qui immolaverit Diis, præterquam soli
 Domino, excindetur, *Exod XXII. vers. 20.*
 Datum est tibi (nempè Israeli) ut videres
 &

& scires quod ad cor tuum, quia Dominus est Deus, non amplius praeter eum. *Deut.* IV. *vers. 35.* Scite hodie, & reduc ad cor tuum, quia Dominus est Deus, in cœlis de-super, & super terram deorsum. *ibid. v. 39.* Audi Israhel, Dominus Deus noster, Dominus uhus est. Et diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in totâ animâ tuâ, in totâ fortitudine tua (proinde nec ullum alium ullâ ex parte ad divini hono-ris participationem admittes) *ibid. cap. VI.* *vers. 4. 5.* Dominum Deum tuum timebis, & adorabis, & ipsi soli servies, & per no-men ejus jurabis. *ibid. vers. 13.* *Matth. IV.* *vers. 10.* Ideo addit; non ambulabis post Deos alios; ē Diis populorum qui sunt in circuitibus vestris: quia Deus Zelotes, Dominus Deus tuus in medio tui est: ne forte irascatur furor Domini Dei tui in te; & disperdere faciat te à facie terræ. *Deut. VI. 15.* Si obliviscendo oblitus fueris Domini Dei tui, & ambulaveris post Deos alios, & ser-vieris iis, & incurvaveris te eis, testifico vobis hodie, quod pereundo peribitis. *Deut. VIII. vers. 19.* Vir vel mulier, qui fecerit malum in oculis Domini Dei tui,

transgrediendo pactum ejus, & iverit &
 servierit Diis aliis, & incurvaverit se iis, &
 soli vel Lunæ, vel omni militiae cœlorum,
 quod non pracepi, lapidabis eos lapidib⁹,
 & morientur, cap. XVI l. 2. 3. 4. Hinc Paulus
 idololatriam gentium exaggerans, mu-
 taverunt, inquit, Veritatem Dei in mendacio,
 & venerati sunt, & servierant creaturæ
 præter Creatorem, qui est benedictus in
 secula, Amen. Rom. I. 25. Idem Paulus,
 scimus, inquit, quod idolum (gentium Deos
 intelligit) nihil est in mundo, & quod non
 sit Deus alius, nisi unus, id est, unus tantum
 est (nempe rerum omnium Creator) qui
 tanquam in cœlis residens, nec ulquam ap-
 parens, invocari & adorari meretur. Huic
 uni Deo (rem ex Novi Fœderis ratione ex-
 plicans.) adjungit mox unum Dominum,
 Nam et si pergit, sunt qui vocentur Dii (in-
 tellige, non ex gentium vanitate, sed ex
 sensu Sacrae Scripturæ, sive in cœlo, sive in
 terrâ: quemadmodum sunt, (non nomine
 tantum, sed & re ipsa) Dii multi, (nimis
 in cœlo Angeli, in terra summæ potesta-
 tes) & Domini multi, (in cœlo, similiter &
 in terrâ, nomine latius patentes, ideoque
 minus

pius augusto). Sed nobis (Christianis
nimirum , unus est Deus (id est , unus can-
tum est qui id à seipso habet , ut eo , quo-
diximus , modo coli possit .) Is autem est ,
Pater ille (nobis bene notus , & quem o-
mnibus Patrem appellamus) ex quo illa o-
mnia & nos in ipsum (quasi dicat , quia illo-
rum quæ ad religionem & salutem nostram
pertinent est prima causa , proin-
dè & ultimus nostrum cultusque nostri fi-
nis , propterea est Deus : quia verò non
quorundam tantum , sed omnium est pri-
ma causa , proinde & solus nostrum finis
ultimus , propterea ubi sapientum est Deus .
Iisdem nobis est & unus Dominus , (qui id
ab uno Deo accepit ut itidem divino culsu
affici mereatur) is verò est Iesus Chri-
stus , per quem illa omnia , & nos per
ipsum . Quasi dicat , quia nos est pri-
ma , sed media eorum quæ ad religio-
nem & salutem nostram pertinent causa ,
proinde & intermedius nostri nostræq; re-
ligionis filii , ideo eum Dominum non
Deum hic appellamus , ut appareat nos
duos non statueremus Deos . Deos enim ex
multorum numero eximentes , & quæ sum-

mos æquè independentes videremur sta-
tuere Deos , quod est nefas. Sicut nec
duos Dei filios, duos Christos Dei, seu Do-
minos à Deo factos dicimus , similem ob-
causam. Quia vero omnium ad religio-
nem & salutem nostram pertinentium
causa est intermedia , & sic etiam solus in-
termedius nostrum nostrique cultus finis,
idcirco unus tantum est Dominus. Hinc
est cur ubique Dominus , qui Christus Dei
est, ab illo uno & summo Deo distinctus
nobis proponitur , eique una cum Deo,
servato inter utrumque quo par est discri-
mine, is quem diximus , divinus & fidei &
invocationis & adorationis honor defer-
ter. Et hâc in re una ex præcipuis Novi
& Veteris Fœderis continetur differentia ;
quamvis in Veteri Fœdere & Prophetarum
oraculis testata atque prædicta : cuius ut
aliarum respectu rerum , merito Paulus
Vetera præterisse , & nova facta esse o-
mnia dixit. 2. Cor. V. Unde Johannes no-
vam in coelis audivit cantionem eorum qui
procidebant coram agno , & dicebant ;
Dignus es accipere librum , & aperire si-
gnacula ejus, quia mactatus fuisti , & emisti

nos

nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu &
 lingua, & populo & gente, & fecisti nos
 Deo nostro Reges & Sacerdotes. Et vi-
 di & audivi vocem Angelorum multorum
 in circuitu ~~mundi~~ & animalium & senio-
 rum, & erat numerus eorum milia mil-
 lium, dicentium voce magna, Dignus est
 agnus, &c. Apoc. V. v. 2. seqq. En novam
 eccl antea auditam canticem, Agnum, id
 est IESUM Christum unde cum Deo summo
 divinis effarentium laudibus & honoribus.
 Hanc ipsam canticem infra quasi novam
 appellat idem Johannes, & quam nemo
 discere potuerit, nisi illa centum quadra-
 ginta quatuor millia qui emi sunt de terrâ.
 Apoc. XIV. 3. Quod renascente post gra-
 viissimos errores Ecclesia, (quae de re isthic
 vaticinatur) ista canto, videri deberet quasi
 nova, quamvis nova, istius temporis respe-
 ctu non esset, sed ab ipso Ecclesiaz Aposto-
 licaz initio decantata. Nimirum Deus qui
 hominibus ne quenquam Deum ipsi face-
 rent, aut caelestibus suo arbitratu afficerent
 honoribus, vetuit, ipse IESUM ex mortuis
 resuscitatum ad consortium Divinæ suæ
 majestatis & gloriae evexit: ut haborent

homines Dei robore ac benignitate, quod
 ipsi tot Deos & coelestes Patronos sibi fa-
 cientes, irrito simul & impio conatu con-
 sequi non possent. Quenquam igitur pra-
 ter unum Deum, & unum Dominum Jesum,
 Christum ejus, eo quo diximus pacto iure
 vocare & adorare illicitum est: & coelestes
 religiones quanto pluribus communican-
 tur, tanto magis profanantur. Sequamus
 exemplum eorum qui primi patres nostri
 fuerunt in Christo, id est Sanctorum Apo-
 stolorum, quos neminem in cœlis praeter
 Deum & Christum alio cultu religioso af-
 fecisse constat: ne & in nos dici possit,
 quod olim in Israëlitas dictum est: *Sacrifi-
 caverunt Diis novis, qui de propinqua uenerunt,*
quos non timuerunt Patres nostri. Dent. XXXII.
 10. Tanto verò gravius & conspectius est
 Idolatriæ crimen, quanto coelestis ista
 (ita enim eam appellemus) invocatio &
 adoratio proprius accedit ad summum in-
 vocationis & adorationis coelestis gradum:
 si quis pura invocet & adoret aliquem, non
 simpliciter tantum tanquam cœliem, sed
 tanquam dominatum in cœlis obirentem.
 Quo pacto benedicta Christi mater invo-
 carur.

catur & adoratur à Catholicis, quam cœli
Reginam, mundi dominam, & aliis appell.
lant titulis similibus, quamque illi plane ma-
jestatem in cœlis tribuant, quam filio hu-
moris, id est Christo IESU tributam, Chri-
stianâ veritate docemur. Unde non mi-
gam est, si Christi matrem cum Deo con-
iungant, & novaz illi Apostolicæ cantionis
Soli Uero gloria & Christo ejus, novam &
ipso, sed neq; Apostolicam opponant: Sol
Uero (dicentes) gloria & Virginis matris
Haccinct fieri in Christianâ Religione, ut
non omnibus modis coargui oportet? Ma-
tri (inquit) Christi hunc honorem defe-
rimus. Atqui id in nostrâ non erat posse
statere. Solus Deus est qui honores cœlestes
distibuit, sine cujus manifestâ voluntate
quicquam in talibus facere est contra ipsius
facere voluntatem. Unde cum aste-
rum cultores redarguit Deus, satis habu-
dicere, quod talia ipse nō præceperit, Deu
XVII.3, tantumq; abest ut nostro arbitratu-
sine Dei mandato, vel angelis, vel homini
bus sanctis, cœlestes deferentes cultus, ho-
nore aliquo eos afficiamus, ut nullâ majo-
eos afficere possim⁹ ignominia. Idola enī

&c Deos falsos, quantum in nobis est, ex illis facimus. Similiter, si quis non depreciationem tantum pro se, sed rem ipsam, à mente nulli sensui expositā petat, eam, præsertim quæ nullis nisi divinis viribus queat effici, aut si illo precationis suæ mortento se juvari, sive auxilio sive dprecatione postulet, vel etiam tacitis tantum animi votis & suspiriis, & internâ solummodo cordis veneratione, sine ullo exteriori honoris signo aliquid ambiat, non longè abest à summo cœlestis invocationis & adorationis gradu: aut si quem omni loco, & omni tempore, etiam ab infinitis hominibus, infinitis ac diffitissimis simul in locis invocandum & adorandum putet, & ut talem adoret ac invocet: aut si coram cœli te, quem mente solâ intelligat, in genua procumbat, aut corpus prostrans, quæ majestas soli Christo data est, ut cum in cœlis habitantem genuum flexu veneretur. Angeli certè sub Novo Fœdere, quamvis conspicui & cum hominibus colloquentes, & cœlesti gloriâ riantes, ad pedes sibi procumbi non sunt passi. *Apoc. XIX.*
20. XXII. 8. 9. Idem & Petrus fecit Cornelio.

pectio. *Ad. X.* 25. An verò sibi in conspicuis
 pecculli sensui humano expositis, id paten-
 tientur fieri, si id prohibere in eorum esset
 potestate. Mortuos certè qui rebus hu-
 manis exempti sunt, nec usquam appa-
 rent, si invocemus & adoremus, non alio
 quam dinicitatis cultu invocare & adorare
 possumus. Sic templum & ædem divo ali-
 cui in quâ habitet exstruere, statuam vel
 imaginem, in quâ, nusquam inter mortales
 apparens, colatur, ponere (qui honor o-
 mniùm divinus, quamvis à Deo, ut infra
 videbimus damnatus) sacrificia offerre,
 suffitum facere, ignem servare perpetuum,
 & similia, quæ gentium consensu Deorum
 dicata sunt honoribus. Ideò Nebuchad-
 nezar cum Danielem divinis vellet afficer
 honoribus, (quamvis Deum illum esse non
 crederet) cecidit super faciem suam, &
 Danieli se incurvavit, & sacrificium & suf-
 fitum jussit ei fieri. *Dan. II. 46.* Idem Pau-
 lo & Barnabæ, cum Dii esse crederentur
 Lystris accidit. *Ad. XIV. II. seqq.* qui honor
 ab utroque magnâ animi & corporis con-
 tentione repudiatus est v. 14. Quæ ver-
 nunc sunt alia sacrificia, quam spiritualia

Id est cœlestes laudes, & gratiarum aetio-
nes? *Heb. XIII. 15.* qui sufficiuntur, quam cœ-
lestes preces & supplicationes? *Apop. V. 8.*
Ad idem divini honoris genus pertinēt &
dies festi, non ad memoriam tantum alicu-
jus celebrandam, sed ad cum ipsum quan-
vis rebus humanis exemptum. & invocatio-
ne & vario honoris cultu, ut sit & perget
cœlitus esse propitius, afficiendum. Ni-
hil verò in hoc idolatriæ criminè gravius
est, quam eos cœlestibus colere religioni-
bus qui non sunt, id est homines vitâ fun-
ctos, quamvis sanctissimos. Angelos co-
lere qui revera cœlestes sunt mentes, &
quorum ministerio Deus in regendis ho-
minum rebus utitur, etsi male fit, habet
tamen aliquam speciem: sicut & adorare
Solem & Lunam & Astra, quæ revera sunt,
& rebus humanis multum profundunt, & ad-
mirabilem quandam in se continent vim
ac spiritum, quo tanta corpora æquabili
semper in usum hominum motu temperan-
tur: quin & animalia, imò & herbas ado-
rare, etsi hominibus indignissimum dum
dona Dei deos sibi faciunt, & quæ creata-
sunt ad utendum, venerantur ad colendum;
quia,

quin tamen animâ & peculiari non carent
 utilitate, aliquam habent excusationem.
 Sed mortuos putare esse Deos, iisque non
 vitam tantum, sed & divinitatem tribuere,
 & porrà huic opinioni conformes admo-
 vere precies, & cultum deferte, profecto
 omni caret ratione. Ut vel in primis ad
 hominum mortuorum cultores referenda
 sint illa Dei verba : Ipsi zelare fecerunt me
 in dom Deo, concitarunt me in vanitatibus
 suis. *Vent. XXXII. 21.* Nec obstat quod
 sancte vixerint. Audierim quid de mor-
 tuis Scriptura dicat, etiam sanctissimis :
 Non est in morte memoria tua, *Psalm. VI. 6.*
 Quæ utilitas in sanguine meo cum descen-
 dero in sepulchrum ? Nunquid confitebi-
 cur tibi pulvis ? nunquid annouciabit vir-
 tatem tuam ? *Psalm. XXX. 10.* Nunquid mor-
 tuis facies mirabile ? &c. *Ps. LXXXVIII. 11.*
 Mortui non laudabunt Dominum, nec om-
 nes descendentes in silentium. *Ps. CXV. 17.*
 Et quæ alia sunt in eandem dicta senten-
 tiam : *Ez. XXVIII. 18.* Ex quibus locis aper-
 tum est, mortuos quamdiu sunt mortui, ne-
 sui, nec Dei, ne dum altoru meminisse, Ve-
 um non laudare, sed esse in silentio, nec aite

ad Dei laudes reverti posse; quām si resūr-
gant, eos in tenebris esse; perīsse; si vint
naturæ, non Dei potentiam ac decretum
species, non esse: sicut Rachel non ad-
mittens consolationem, dicebat de liberiis
suis innocentibus crudeli morte peremptis.
Jerem. XXXI. 15. Matth. II. 18. Eodem
sensu Scriptura dicit, eos in inferno esse;
proinde in tali statu, in quo ipsi metu immen-
sa Dei misericordia ac potentia indigearint:
Quem mortuorum quamvis Deo charissi-
morum hominum statum, cum reputaret
Propheta, Deum alloquens: *Tu Pater no-
ster* (inquit) *Abraham nescit nos.* & *Israel non
agnoscit nos.* *Tu Domine Pater noster,* redemptor
noster, à seculo nomen tuum. *Ezai. LXIII. 16.* Et
Christus ipse Sadducæos, mortuorum re-
surrectionem negantes, illis Scripturæ di-
cto; *Ego sum Deus Abrahæmi, Isaaci, Jacobij*
admirabili sapientia coarguens, & Abra-
hamum Isaacum, Jacobum vivere docens;
nunquam inde resurrectionem eorum de-
monstrare posset, si citra resurrectionem &
ipsi viverent, & Deus illorum Deus esset:
Itaque mortui, ut isthic Christus ipse loqui-
tur, *Deo vivunt, id est, non sibi, non ulli*
alii,

alii, præterquam Dcō, quippe qui mortuos
vivificat, & vocat sa quæ non sunt, sanguinem ea
quæ sunt, ut Pauli verbis, adhuc ipsum quem
dadducere opposuit Christus, haud dubie
respicientis locum, utar, Rom. IV. 17. Hinc
Christianorum spes opesque omnes in re-
surrectione sitæ sunt. Luc. XIV. 14. 1. Cor. XV.
32. Phl. III. ii. i. 1bess. IV. 13. 14. Job. VI. 39. 41.
Et sane si pii dam in morte sunt, vitæ & fe-
licitatis alicujus (quam singularem & exi-
miam esse necesse foret) haberent sensum,
non beneficio sed maleficio affecti fuissent
illi, qui vel à Christo, ut Lazarus, vel ab A-
postolis, ut Tabitha, ex longè meliori vita,
in hanc mortalem fuerunt revocati. Atq; hinc est, cur Christus, quia noster cœlestis
Patronus esse debuit, ex mortuis ad vitam
fuerit revocatus. Neq; huic clarissimæ ve-
ritati, quæ vel naturalibus demonstrari po-
test rationibus, quidquam obstat, quod piū
statim à morte, in paradiſo, in sinu Abrahæ
collocentur, beati, & cum Christo esse di-
cantur, quibus locationibus maximè futu-
ræ vitæ gaudia designantur. Nam cum
haec omnia non de animabus ipsorum tan-
tum, sed de ipsis justis, in corporibus suis
stat:

statim à morte consideratis dicantur, manifestum est, ista omnia nullum alium habere sensum, quam justos vitâ mortali functos, æternum à laboribus suis requiescere, ita ut eos nullum amplius tangat tormentum, sed cœlestia gaudia illis jam plenè sint destinata, quæ sine ullo temporum labentium sensu eos manent, perinde atq; si jam ipso facto iis potirentur, & cum Christo regnarent: Cum contrâ impiâ statim à morte in Gehenna, & in cruciatibus ponantur, quod eos inevitabili Dei decreto æterna exspectent supplicia, & tempus illud otium, quod inter eorum è vitâ exitum, & penas in eis decretas intercedit, ipsorum omni sensu per mortem amissi, respectu, pro nullo, vel pro momento tantum reputetur.

Sed video Virum Doctiss de aliis mortuis, quatuorvis pii & sancti fuerint, non abnuere quin eos rerum nostrarum cura & cognitione non tangi, nec in eo statu esse, ut id iis facete vacet, credamus. At martyrem aliquam putat esse rationem, quos statim à morte re ipsâ cœlestibus frui gaudiis, & ipso facto cum Christo regnare, veterum secu-

tis op[er]ationem afferit. At vero Christus toties de iustorum etiam martyrum premiis post hanc vitam loquens, nusquam hujus felicitatis facit mentionem, omnia illorum premia, ad extremum illum diem, & suum referens adventum. *Math. XIII. 41. 43. 49.*
XVI. 27. XXV. 31. 34. 36. Et Paulus non ante quenquam plorum vivificatum irideat, quam in Christi adventu. *Quis vivificatur in suo ordine: primitus Christus, deinde qui Christi sunt, in ipius adventu. I. Cor. XV. v. 23.*
 Hinc & ipse consummatio cursu & certamine, fiduciaeque servata, pro Christo moriturus, nullum aliud laborum suorum premium expectat, quam justitiae illam coronam, quam reponi sibi afferit, id est, iam pleno & immutabili decreto sibi destinari: in die autem illa, id est in Christi adventu demum & sibi & aliis piis factio ipso datum iuri. *2 Tim. IV. v. 6. seqq.* Idem perpetuas Christi Martyr: *Cur & nos periclitamus omni hora? intellige si mortui non resurgant.* Quotidie morior &c. si secundum hominem adversus bestias pugnavi Ephesi; quid mihi prodest, si mortui non resurgent. Edamus & bibamus, cras enim moriemur.

M

Nam

Nam cum de resurrectione quæ sa Christi adventu futura est , v. 23. 24. 28. 32. loquatur, alterutrum ex duobus sequitur; vel Apostolum nihil de regno isto illiusque gaudiis, seu de istâ quam Vir Doctiss. dicit resurrectionis prærogativa, cítra Christi adventum & ultimum diem scivisse; vel veteres istos, & qui cum illis sentiant, vanâ opinione delusos esse. Pro quâ neutiquam facit Apocalypsis. Nam quæ cap. VII. 14. 15. habentur, non ad martyres tantum (quamvis ad hos potissimum) pertinent; sed ad omnes verè Christianos. Omnes si sancti sunt, quod stolæ albæ, omnes victores quod palmæ indicant v. 9. Omnes ex afflictione magna, quamvis alii alii ex majore veniunt. 2. Tim. III. 12. Omnes lavarunt & dealbarunt stolas suas in sanguine Agni v. 14. Et si vel maximè ad solos martyres, eosque non omnes, sed insignis aliquas & maxime notabilis persecutionis pertinent; tamen præmium eorum, quod v. 15. impro priis verbis describitur, illud ipsum est quod Paulus in Christi expectavit advenatu, & omnes pii semper exspectarunt, & adhuc exspectant. Apoc. XXI. 3. 4. seqq. XXII. 3. 4. 5. 12. 14. Quæverò cap. XX. 4. dc primâ seu de mar-

martyrum resurrectione, dicuntur, in
prius planè habent sensum: (nam p-
dicta resurrectio infra v. 11. 12. 13. de-
tur) significatur autem summa mar-
Christi, infamibus quondam supplici-
emotorum gloria. Est enim, ut ille
vita mortuorum in memoriam vivo-
ideoq; qui pro infamibus quondam
incipiunt esse in maximis, apud omni-
dibus, veluti ex mortuis resurrexis-
multo quam ante gloriosius vivere
tus. Quod adeò vere prædictum
comprobavit eventus, ut martyres
improviso Zelo divinis coli corpori-
ligionibus. Eandem resurrectionem
dixit & Daniel martyribus olim sal-
ab Antiocho necatis, cap. XII. 2. 3. quia
memoria una cum ipsis humo sepul-
eternum victura erat, & stellarum
refulsa. Talis resurreccio, & tale re-
cum Christo, nullam requirit notitia-
rum suarum, nedum alienarum, qui
etiam si propriè viverent & cum C-
regnarent, non protinus tamen ac-
haberent: cum regnum istud, non re-
aliquid, & rerum alienarum pro-
prietatem, sed felicitatem tantum signif-

eniq; si vel maxime ita ymaginab; essent, nō h
 um vita immortali ac beatâ , sed etiam
 rca res nostras ministeriis, quia eamen, ut
 cte Vir Doctiss observavit, quæ & quanta
 ista notitia, difficile est definire ; idcirco
 corū nusquam apparentiū invocatione &
 oratione omni, nō minus abstinentū est,
 pā ab invocatione & adoratione Angelō-
 m non apparentium. Quis enim definiat
 ipso pacto Angeli nusquam apparentes sint
 vocandi vel adorandi; omnes ne? an ali-
 ni tantum ? & quinam ? An solis etiam
 imi votis & suspiriis ? An non nisi preci-
 os publicè pronunciatis, & internā animi
 oratione externis signis proditā? omni-
 usne in rebus, an in quibusdam tantum
 plorari debeant? & quoniam illæ sint?
 in iis etiam in rebus quarum postulatio
 o ipso momento & in cœlum deferri, &
 ius effectus vicissim nobis exhiberi de-
 lat? Omnino tempore, an certis tantum?
 quibus nam temporibus? Ab omnibus
 hominibus fidem, an alii ab aliis? &
 quoniam à quibus? Statane & æquabili-
 ge iidem ab iisdem, an mutatis aliquan-
 tib; vicibus? An ut nos suā aliqua sibi data
 testate & iuribus pro arbitrio juvent?

& quoniam illa sit potestas, quantaque
 scis? An verò Dei iussum expectare debe
 ant? An ut tantum pro nobis Ucum oren
 An ipsi per se preces nostras audiant,
 venerationem quam illis exhibemus vid
 ant? An ex Dei tantum revelatione? v
 alii ex aliorum relatione? An nobis semp
 adsint? An aliquando absint? Et an ip
 sponte sua ad nos veniant? An verè no
 antequam à Uco mittantur? An semel mi
 nosquam nisi revocantur discedant? An
 eriam in abscedendo à nobis libertate
 sunt? Quis hæc & his similia definiverit?
 Ut meritò Apostolus religionem Angel
 rum exigitans, dixerit: *Nemo vos bra
 faudes volens, in humilitate & religione Ange
 rum, id est humilitati & religioni angelic
 rum deditus, in ea qua non vidit ingrediens
 frustra inflatus sensu carnis sue.* Coloss. II. v.
 Nec ullum in Sacris Literis existat exem
 plum, adorati & invocati alicujus à ve
 Dei cultoribus Angeli non apparentis, n
 scensibus hominum expositi. Eliseus qua
 vis Angelos sibi praesentes adesse scire
 nullum tamen ex eis invocavit sed Dom
 num. Reg VI. 17. sqq. Et Christus ipse Patre
 sese rogarum dixit, si Angelorum pra
 dio munivellat. Mai. XXVI. 53. Pa

Paulus, inquit Vir Doctiss, in Epistolis
 spè orat fideles absentes, ut pro se oreant,
 uamvis certus non esset per venturas ad
 hos Epistolas suas; nimirum quia nullum
 sit in eo peccatum, epistolam ad absentem
 scribere, non magis quam præsentem. Iou-
 ui. At absentem hominem quamvis vi-
 um, scribò alloqui, idque in genua coram
 lo procumbendo (quod certè Paulus ad
 deles scribens non fecit) insania est; mor-
 dum dementiae; tanquam divum & æter-
 am mentem, idololatriæ crimen est. Ad
 iuvos enim honores id pertinet, qui soli
 Ieo & Christo tribuendi sunt. Elias ille
 quo ad Regem Joramum literæ venerunt
 .Paral. XXI. 12. vel Eliæus fuit, ut quidam
 nnotarunt, vel ab Eliâ dicuntur venisse,
 uod Eliæ nomine, sumtæ Eliæ personæ (ut
 epè solet) ab alio aliquo propheta scriptæ
 fent. Vel si verò ab Eliâ, qui è rebus hu-
 manis jam abiérat venerunt, (quem nimirum
 sit per tot secula nullam præterea misisse
 pistolam) ad rem id nostram non perti-
 et. Elias enim morte non decesserat, sed
 ius in cœlum ut isthiç vitam perpetuaret,
 iblatus est: qui si propter ea aliquam re-
 um humanarum notitiam habeat, adeò ut

Epistolas Deo mandante isthinc ad homines mittere possit, mirum non est. At nos de mortuis loquimur, quos ita in Paradiso locat Scriptura, ut tamen eos esse dicat in inferno. Non igitur si ex celo scribi possunt ad homines literæ, etiam scribi possunt ex inferno. Et tamen nec Eliam rebus humanis exemplum quisquam ex populo Dei invocavit & adoravit: quod quæ & quanta sit illius notitia, nemo sciret: & aliquem tanquam celestem & qui nusquam appareat invocare & adorare, divinus cultus esset: neque id, si impedire posset, Elias ipse sivegit.

Somnium ad rem de quâ agimur comprehendandam, non mercatur adduci. Somnia enim et si divinitus immissa, non semper rem ipsam, sed longè frequentius (immò fere semper & paucis exceptis) rei tantum simulachra quædam continent. Tale era & somnium illud quod in libro Machabæi secundo refertur. Videt in somnis Iudas Machabæus, Oniam vitâ sanctum quod summus fuerat Sacerdos orantem pro populo Judæorum, tunc periclitante. Videl & alterum, de quo Machabæo dicitur Onias: Hic est qui multum orat pro po-

pulo, Jeremias Propheta Dei. Ab eodem, Jeremias datur Macchabæo gladius aureus. Num verò hæc, re ipsa ita gercebantur prout apparebant in somnio? Num vere Macchabæus gladium accepit aurum? In significacione igitur somnii; non in ipso hæc- dum est somnium. Si quis in somnis videat, Patrem suum pro se orantem, num protinus ita forem ipsam habere credendum est. Nonne sufficiebat, per somnum illud si- gnificari, Deum servorum suorum esse me- morem, & illis quibus dum viyerent bene- voluerunt, & pro quibus preces assidue & ardeenter fuderunt, benefacturum, eosque ex discrimine crepturum, & victoriam eis ex hostibus datum esse: sicut somnium istuc comprobavit eventus. Atque hoc sa- ne pacto, sancti, etiamque postquam evi- tâ abierunt pro nobis orant: quod illorum preces, quas vita suppetente pro nobis fu- derunt, una cum iis non extinguantur, sed, semper maneant superstites, & obversen- tur in conspectu Dei.

Si Iudeorum animis, ut Vir Dogatis as- scrit, alio in fixa fuit opinio, piis huic vita exemptos viventium curâ tangi, ac pro eis Deum precari, sicut ob hanc opinionem,

erroneam reprehendendi sunt, sc̄ alterā ex parte laudem meretur eorum in Ucum religio: quod̄ quāvis istā de mortuis opinionē imbuī fuerint, orare tamen eos & adorare aut̄ non sunt.

Ad eos qui viuunt, etiam in hāc cōfūsā corporis mōle agentes, posse rerum reme-
tissimarum notitiam, divinā virtutē, si voluntas illius accedat, pervenire, posse etiā ab Angelis deferri, nullum est dubium. Ac quis Ucum id velle, vel Angelos semper adstare, aut suā sponte id facturos esse, nobis fidem faciet? Quid Deus ne ipse divinos aliorum præter se cultus, suā virtute promovebit? Aut Angelos suos eorum patietur esse administratos?

Imperatoribus olim absentibus honorem apud eorum statuas exhibebant Christiani, sine Idololatriæ criminē: quia eos non honorabant tanquam coelestes & divinas mentes; sed tanquam homines mortales in summa potestate à Deo constitutos: quibus sicut statuas & imagines ponere, sic decq;, si ita juberent, in statuis istis & imaginib; eos venerari, quicquam continebat præcepto Dei adversum: ut paulo post vidēbimus.

Ἐθελοθησαῖται in primævo statu, divinâ
 lege quâ cultum suum ordinaret non ex-
 stante, fuerunt licitæ, dummodo nullus
 alias divino afficeretur cultu præter Deum,
 & ritus ipsi per se decori essent. Sub Legæ
 ita erant licitæ, ut cultus à Deo præscriptus
 illibatus maneret, id est ne quidquam præ-
 ceptis à Deo datis adversum aut dissonum
 statueretur, & si quid statutum esset, lege
 divinâ ~~non~~ comprehensum, ne id pro divino
 instituto venditaretur, aut cum divinis se-
 quaretur, quæ omnia Christus reprehendit in Pharisæis. *Matth. XV.* Sub Novo Fœ-
 dore, in quo Deus per Filium suū locutus est
 nobis, & perfectissimam suam voluntatem
 exposuit, id est, spiritualem & rationalē cul-
 tum nobis præscripsit, omnis ἐθελοθησαῖται,
 nisi quæ naturâ suâ laudabilis est, pro dat-
 minatâ & superstitionâ haberi debet. Talia
 damaat Apostolus *Coloss. II. 22. 23.* Talia fue-
 re & illa apud Christianos, precatio oriен-
 tem versus, crucis signum ad quosvis actus,
 quod & hodiè à multis observatur, lactis &
 mellis gustatio, & multa similia. Nam si ea
 quæ Deus ipse constituerat hujus generis
 omnia per Christum sunt abolita; quam
 in habere possunt quæ ab hominibus sunt

profecta? Ceterum quod ad divios hono-
res attinet, etiam si expressa lege Deus non
cavisset, ne cuiquam praeter se divinus ha-
beretur honor, sufficeret, nullum ea de re
existare præceptum, aut apertum saltē
permissum. *Deut. XVII. 3.* In iis enim quæ
alicui planè sunt juris, quanto verò magis
divini, sicut & in legum divinarum relaxa-
tione aut exceptione, nihil sine præcepto,
aut saltē aperto permisso divino facien-
dum est: neque hic ulla religionis species
obtendi debet. *i. Sam XIII. 9. 10. & seqq. XV.*
19. 20. 21. Nempe ut isthic Samuelis ad Sau-
lum egregie habet oratio: *Nunquid nult Do-*
minus holocausta & victimas, & non potius ut obe-
diantur vocis Domini? Melior est enim obedi-
entia quam victimæ, & auscultare magis
quam offerre adipem arictum: quoniam
quasi peccatum ariolandi est repugnare, &
quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere.
Pro eo ergo quod adiicisti sermonem Do-
mini, abjicit te Dominus, ne sis Rex. *ibid.*
v. 22. 23. Orare Deum ut propter sanctos
qui in eadē nobiscum communione fue-
re, & ad eorum quoq; pia facta respiciens
nobis bene faciat, per se nihil habet mali;
sed facile in abusum verti potest. *Quod*

Israëlitis olim accidit, qui Abrahām, Iſaacī, Jacobī pietatem, præfidio sibi fore credebant, quamvis eam non imitarentur: quam corum opinionem, pœnitentia, præco meritò redarguit. *Matth. III. v. 9, 10.* Solēneque præterea Sanctorum opera nimium æstimanda Deo proponi: (ne quicquam de eo dicam, sanctos nunc non minus quam olim, Divos hominum decretis constitui). A meritorum certè voce meritò abstinentium est: quā de radixim ad *Actic. 4.* Et cum Christus unus sit instar omnium, solusque verè sanctus sit, & in eo solo omnium sanctorum sit perfugium; omnino præstaret, ut in publicis precibus, solius Christi ejusq; obedientiæ, maximè verò Dei gratiæ & misericordiæ, ex quā pendent omnia, fieret mentio.

Monumenta & sepulchra martyrum exstruere, ad ea concurrere, ibiq; orare, reliquias eorum, cum animas non possint *Apoç. VI. 9.* sub altari ponere, & ad victimarum olim sanguinem alludere, & in his omnib; partem religionis collocare, ad ea pertinet quæ frunt secundū præcepta & doctrinas hominū: quæq; ratione habent sapientiæ, in esse a Theosephæ & humilitate *Col. II. 23.*

Et hic mōs occasionem dedit majoribus superftitionibus, magnasq; præterea in Ecclesiā mundinationes invexit: dum quisq; salutis suæ partem in eo sitam putat, si post obitum in Bafilicis propè ossa martyrum humetur. Ita bafilice factæ sunt cadaverum receptacula. Eodem pertinet reliquias martyrum religionis & salutis causā honoreare. Si verò etiam ista omnia facias, ut martyrum tibi tanquā Divorum favorem & gratiam concilias, idololatriæ pars sunt. Honoravit Deus sanctorū reliquias. 2 Reg. XIII. 21. Ag. V. 15. XIX. 20. ut tanto maiorem suam potentiam declararet, quod non tantum per Sanctos ipsos, sed etiam per eorum ossa, imò sudaria, imò umbras, miracula possit facere: quin & asinam fecit loquentem; non verò ut animos nostros superstitione aliquā imbaueret, quasi aut omnium sanctorū, reliquiis, aut perpetuò cadem vis insit, aut non minus ad dandam animis peccatorum remissionem & vitam æternam pertinet, quam olim ad sananda & confortanda mortuorum corpora pertinuit. Honorentur ergo Sanctorum (nam umbra certè Petri non superfuit) reliquias, id est eo se po-

sc̄ ponantur loco , qui nec profanis usibus,
nec superstitutionibus pateat. Sicut nec cor-
pus Elisæi , quamvis illius contactu mortu⁹
vitam accepisset ex sepulchro suo fuit ef-
fossum , & in templum Dei illatum . Indi-
gnum profectò est , cum Judæi tanto mira-
culo ad cultus mortui cadaveris non fue-
rint commoti , Christianos longè minori-
bus , persæpè nullis , & vanâ hominum per-
fusione confictis commoveri .

Quod attinet ad imagines , Deus non tan-
tum simulachra seu sculptilia prohibuit ;
sed etiam omnem assimilationem quamvis
non sculpendo , nec fingendo sed pingen-
do fiat . *Exod. XX. 4.* Deinde non prohi-
buit imagines ullas sive pictas sive fictas
quæ profane sint , & memoriae tantum cau-
ſa positæ . Cur enim admirabilem hanc
artem pingendi vel sculpendi , illiusq; usum
quæ ipse inseruit hominum ingenii ac ma-
nibus , in populo suo damnaret , & cuius
olim scientiā Bezaleelem per spiritum su-
mū implevit ? Probè id intellexit sapien-
tissimus mortalium Salomon , qui & in Re-
giâ suâ , & in Dei templo varia posuit simul-
achra . Nam Salomonem jam cum cùm
templum edificaret , ac dedicaret seculi-

mores contra Dei præceptum imitatum
fuisse, ipsâ sacrâ historia refutari potest: in
quâ illius temporis respectu præclarum
Salomonis est nomen, & post hæc demum
tempora corruptorum illius morum men-
tio, idque per Uxores alienigenas, sequen-
te demum tempore in domum illius dedu-
ctas. Nec refert, quòd Judæi, postquam
in patriam admirabili Dei potentia ac pro-
videntia ex Babylonico exilio reducti es-
sunt, omnia prorsus simulachra non ex
templo tantum, sed etiam ex urbibus suis
ejecterint. Id enim odio Idolorum secc-
sunt, quæ illis tantæ calamitatis causa ex-
stiterint, & ne ulla in posterum Idololatriæ
existaret occasio; ulterius progressi, quam
ipsis divina lex præceperat. Prohibuit igitur
Deus Lege suâ, imagines omnes, quæ
Deo alicui, sive vero sive falso, adorationis
& cultus causâ ponarentur. Dei nomine
intelligo cœlestem ac divinam mentem,
maxime nusquam apparentem, nec ulli
seculi mortalium obviam, quæ etiam si lon-
gissimè distet, imò in cœlis maneat, invo-
cata & adorata & culta ab hominibus. dræ-

cum illo ipso quo invocatur momento, auxilio est opus, omnia audiat, videat, intelligat, & se se colentibus ac invocantibus auxilio esse possit, sive propriis viribus ac potestate eos juvando, sive pro iis deprecando. Verus Deus est (sumimus enim jam Veri Dei nomen in latiori significacione, qui re ipsa & verè talis est : falsus qui talis re ipsa non est, sed hominum tantum opinione. Sive igitur vero, sive falso Deo, imaginem ullam sive pictam, sive sculptam, fieri ac ponni adoracionis & cultus causa vetat Deus. Nam si falso ponatur Deo, exhibet nobis ad colendum, cum qui nusquam est, nec usquam fuit. Si vero Deo, exhibet non tam qualis est, & illius divinitatem ac gloriam multum imminuit ac dehonestat.

Ad. XVII. Hinc est cur imagines istas vanitatem & mendacium passim vocet Sacra Scriptura. Quod de omnibus profanis imaginibus, quæ per sepe rem ipsam, ad vivum exprimunt, dici non potest. Ideo Paulus Apostolus de gentibus ; Mutaverunt, inquit, veritatem Dei in mendacio.

Rom. I. ej. Mendacium & falsam imaginem pro verâ Dei gloria & maiestate, nullis exprimenda simulacris, ac ne mente quidebit

quidem ellis pro dignitate intelligenda exhibuerunt. Hinc imagines istae & simulachra , Dii vocantur aurci , argentei , lapidei , lignei , quod de profanis non dicitur. Vide Exod. XX.v. 22. 23. XXXIV. 3. 17. Levit. XIX. 4.

Et Deum quidem prohibere , idque vel potissimum ne sibi ponatur ulla imago adorationis & cultus causâ , & res ipsa ut ostendimus , docet. & dilata sunt Legis preceptum hoc secundum , explicantis verba : Deut. IV. v. 12. 15. 23. 28. Psal. LXXXI. 10. 11. Deut. VI. v. 4. VII. 25. VIII. 19. XVI. 31. 22. XIIII. 3. Levit. XXVI. i. XIX. 4. Exod. xxxiv. 14. XX. 3. 4. 5. 22. 23. Deut. IV. 19.. Contra hoc fecerunt Israelites , qvum vitulum illum aureum in honorem Deo vero Deo suo erexissent , Exod. XXXII. i. 4. 8. quâ in re quanto perè peccarint . v. 31. expositur. Eodem crimine se se postea obligarunt decem tribus , qvum duos illos vitulos aureos conseruerunt .

autem , five veri , five falsi Dei simulacra , agit Lex Dom. xvi. 22. xxvii. 15. xxxi. 29.

Nunquam vero profanas imagines & simulachra tanquam opere abominaretur Deus? Quod vero de imaginibus & simulachris istis loquatur quatevus cultus & adorationis causa ponuntur , similiter res ipsa docet , & verba Legis loquuntur : additur enim , Non adorabis ea , id est , corpus tuum coram iis , vel in eorum conspectu non inclinabis , neque in servies , id est neque victimas , neque libum , neque vina apud eos offeres , neque ullo eas dignaberis ministerio . Sed clarissime & omni sublatâ dubitatione id habetur , Levit. xxvi. 4. Tanto vero imaginum cultus detestabilior est , si iis ipsumas quod per eas colitur numen aut illig virtus inesse dicatur . Et quia nec falsi Dii usquam sunt , quod & Paulus Apostolus docuit . Scimus itolum nibil esse in mundo e . Cor. VIIIL Nec Deus verus in imaginibus & simulachris coli velit , sed ea merito detestatur , propterea qui imaginibus ejusmodi cultum ullum exhibent , non Deum sed imagines , sed simulachra muta , inanima , burea & argentea , lignea ac lapidea , & opus magnum . Istarum ,

serum, rem indignam colere ac venerari
 dicuntur. Quia nō qvum Dæmones, falsis
 Diis nufquam existantibꝫ, Deo autem vero
 simulachra detestante, in vacuam simula-
 chorum possessionem sese insinuant, (un-
 dē & responsis & miraculis falsis s̄pē ve-
 nerationem tanto maiorem eis concilient)
 ideo eorum cultores, Dæmonum non Dei
 cultores esse dicuntur. *Dane.* xxxix. 16, 17.
1. Cor. X. 20. Nimis non alias prohibe-
 buit Deus imagines, quām quā generale
 alioqui idolorum nomen proprium sibi
 fecerunt. Itaque primi & secundi præceptū
 hic est sensus: Tu Israēlīka, (quanto verò
 magis Christiane) me Deum Creatorem
 tuum eōles, nec quemquam alium tuo ar-
 bitratu in oculis meis neque inspectanter,
 velut æmulo mea gloriæ, in contemptum
 mei indecto, divinis afficies honoribus.
 Idem tu, nullum tibi facies dum in simulacrum,
 nec ullam imaginem, ut in eā divini-

Meritò sancti. Nam falsa divinitas si de imma-
 gine colatur duplicatur idololatriæ cri-
 men : vera autem si assimilatione aliquâ
 figurata fuerit, ignominia & dedecore pro-
 laude & gloriâ afficitur, sive materiali simulacri sive formam species. Itaque pre-
 ceptum hoc secundum de imaginibus, non
 est primi accessio aliqua, sed novum & pec-
 culiare preceptum. Neque enim fatis
 erat prohibere, ne ullum falsum colamus
 Deum , quod sit precepto primò : sed ne
 verum etiam Deum in simulacris & imagi-
 nibus colamus. quod fit precepto secundo.
 Ideoque gravi crimine se se obstringunt,
 qui preceptum hoc in recitatione Decalo-
 gi omittunt ; & ut de narium auerbi ex-
 pleat, decimum preceptum, natura sua
 ac verbis unicum , in duo precepta divi-
 duntur. Nonne hoc est divinis oraculis,
 ipsius Dei quondam ore pronunciatis, &
 demere & addere pro libitu ? Hinc pre-
 recta apparet, preceptum hoc non esse po-
 sitivum. Quoniam si primi precepti ac-
 cessio est positivum similiter esse non po-
 test, sed plane naturalis juris , quo omnes
 populi per se, emilibus locis ac temporibus
 obli-

obligantur, tantoque magis quanto sunt
sanctiores : ideaque Christiani omnium
maxime ; quibus dictum est, *Evigite idolatriam i. Cor. X. 14.* Cavete vobis ab idolis.
s. Job. V. 21. Neque enim Deus hoc secundum
præcepto prohibet ne simulacrum auxima-
giem quisquam pro Deo habeat ; cum
nulla unquam gentem stupida fuerit, qui
imagines Deorum ab ipsis Dñis sciret esse
distinctas. Sic putantur ab hominibus es-
se Dñi - - - quos ardunt sacerdos.

Occulit, & colitur pro Jave forma Jovis.
Et si quæ gentem stupida fuisset ac insana-
jam hæc illius insaniam prime præcepto fue-
rat damnata. Nec refert quod Deorum
signa ipsi Deorum appellasset nominib. Hoc
enim signorum & imaginum est proprium.
Sic & Christiani ipsi sanctorum signa & si-
mulacra, iudeo quibus sanctos nominib.
vocant. Neq; ulla gens fuit quæ naturam
Dei per imaginem exprimere voluerit, au-

etiam , aut saltem ea Dis effigie hara & acetum
 pta. Sie & Israelite olim ad Dei templum
 ac sacrarium conversti orabantur. Sie & nos
 Christiani ad corlum manus tendamus , ac
 ora obvertamus inter precandum. Ucri-
 usque precepti vim egregie sanè Tacitus
 quamvis profanus Scriptor expressit. Ju-
 dæi , inquit , mente sola unumque numen
 intelligunt : profanos qui Deum imagines
 mortalibus materialis in species hominum
 effingantur. Summum illud & eternum ,
 neque mutabile , neque inservit. Igitur
 nulla simulacra urbibus sed eorum templis
 sunt ; Cherubini oporeculo Ascæ impostru-
 men Doua figurabantur ; sed Dei thronum ;
 nos secus atque templum ipsum & adyta
 figura erant coelestis templi ; Dei iussu con-
 stituta : ut Israelite nondum ad spiritualem
 robur adulti , pignus quoddam ac symbo-
 lum exteriorum haberent conspicuæ divinas
 praesentias . Idem ille Scriptor , de Rom-
 ajo , Templum , inquit , (Jerosolymorum)
 ore victoriarum ingressus . Inde volgatum
 nulla intus Dei effigie vacans sedem &
 maxima arcana . Merito : quæcunq[ue] enim
 regiam foderis . cum Cherubinis in penes
 trali-

transibus templi deprehendissent Romani
testamen ipsa loquebatur, nec arcum ne
arcu operculum, suminis ullam continere
effigiem. Adde quod Cherubini isti una
cum arca, prout ab hominum aditum ac con-
spicitu se erat essent, ne eorum aspectu di-
vina maiestas evile esset, & qui eos in sacra
anniversario semel adibat Summus Sacer-
dos; non venerabatur tanquam numini
effigiem, sed tanquam numinis quedam
thronum, ipsius voluntate positum atque
sacratum.

Imagines sive fabrorum sive profano-
rum memorie tantum, & ejus qui memori-
e continentur honoris, causa ponere, nullus
in se crimen habet. Flexu autem corpo-
ris, aut alio aliquo signo, ostendere, apu-
se in honore esse cum, cuius ea est imago, i-
id tanquam celesti mensi fiat, res humana
quamvis iis exenta sit, curandi. Idololatri-
a est. Neque facile morem illum imita-

sem exhibent; sic qui, ex more præsertim & consuetudine, aut vivorum meritis, aut mortuorum grata memoria eundem honorem ultro præstant, rem faciunt quæ puerile magis affectum, quam virile debeat judicium: & quæ facile ab imperitis & simplicibus in idolatriam verti posse.

Christus ea tantum Decalogi præcepta per pecunio mensura repetit, quorum reponendorum occasionem aliquam & causam habuit, aut quæ passim servari à Judæis non tolerent. Inter quæ præceptum de Imaginibus non fuit, tantâ curâ illo tempore, iudæis observatum, ut non tantum ab imaginibus prohibitis, sed etiam quibusvis simulacris abhorrent, quo tanto longius animos ab Idolatriâ abducerent.

Cetera non absolvit Amor.

